BEati oēs qui timent dñm: qui ambulāt in vijs eius. Labores manuū tuarū quia māducabis: beatus es et bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis abundās: in lateribus domus tue. Filij tui sicut nouelle olivar: in circuitu mēse tue. Ecce sic bñdicet hō: q̄ timet dñm. Bñdicat tibi dns ex syon: et videas bona hierusalē oībus diebus vite tue. Et videas filios filiorū tuor: pacē sup israel. Gloria pri. Sicut erat. sine nota. cū Kyrie eleyso. Christe eleyson. Kyrie el.

Tunc ꝓstratis sponso ⁊ sponsa ante gradū altaris: roget sacerdos circūstātes orare ꝓ eis dicēdo. Pater ñr. Et ne nos. Sed libera nos. S. aiuū fac seruū tuū et ancillā tuā. Deus meus sperātes in te. Mitte eis dñe auxiliū de sancto. Et de syō tuere eos. Esto eis dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Dñe exaudi orationē meam. Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiscū. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Benedicat vos dñs ex syon: vt videatis que bona sunt hierusalem oibus diebꝰ vite vestre: et videatis filios filiorū vestroꝝ et pacem super israel. Per christum. Oremus.

Deus abrahā deꝰ ysaac deꝰ iacob: bene ✠ dic adolescentes istos: ⁊ semina semen vite eterne in mētibus eoꝝ: vt quicqd ꝓ vtilitate sua didicerint: hoc facere cupiāt. Per iesum christum filiū tuū recuperatorem hominū. Qui tecum viuit et regnat ⁊c. Oremus. Oratio.

Respice dñe de celis: et bñ ✠ dic cōuentionē istā: ⁊ sicut misisti sanctū angelū tuū raphaelē ad tobiā ⁊ sarā filiā raguelis: ita digneris dñe mittere bñdi ✠ ctionē tuam sup istos adolescentes/ vt in tua volūtate permaneant: et in tua securitate persistant. ⁊ in amore tuo viuant ⁊ senescant: vt digni atq; pacifici fiant: et multiplicentur in longitudinē dierum. Per christum dominū nostrum. Oremus. Oratio.

Respice dñe ꝓpicius sup hūc famulū tuū respice ⁊ sup hāc famulam tuam respice: vt in noie tuo bene ✠ dictionē celestē accipiāt: ⁊ filios filiorū suoꝝ ⁊ filiarū suarū vsq; in tertiā ⁊ quartā ꝙgenīē inculumes videāt: ⁊ in tua voluntate perseuerent: ⁊ in futuro ad celestia regna pueniāt. Per xp̄m. Oremꝰ. Oro.

Omps sempiterne deus qui ꝓ (xp̄m. Oremꝰ. Oro.

mos parentes nros adam et euā sua virtute creauit: et in sua sanctificatione copulauit: ipe corda et corpora vestra sanctificet ⁊ benedicat: atq; i societate ⁊ amore vere dilectionis cōiūgat. Per xp̄m. Deinde bñdicat eos dicens. Oremꝰ.

Benedicat vos deꝰ ōipotēs omni bñdictiōe celesti/ effundatq; vos dignos in cōspectu suo: supabūdet i vobis diuitias gratie sue: ⁊ erudiat vos in vbo veritatis: vt ei corpore pariter et mente complacere valeatis. Per dominum.

Finitis orationibus q̄ dicebant sup eos pñtes ad gradū altaris/ & introductis illis in presbyteriū scz inter chorū et altare ex parte eccle aust̄rali/ & statuta muliere a dextris viri videlicet iter ipm & altare: incipiat Offm.



In tēpore paschali finiat hoc modo. Alleiu ya alleluya. ℣s. Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu.



Nō dicat viteri⁹. Kyrie. cū suis. v. dicat. Ad hāc missam seruet mod⁹ et ordo per omnia sicut in duplicibus festis hoc modo.



Et in terra pax hoibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine deus rex celestis deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite

iesu christe. Domine deus agnus dei filius patris. Qui tollis peccata mundi/miserere nobis. Qui tollis peccata mundi/suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram patris/miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Tu solus dominus. Tu solus altissimus iesu christe. Cum sancto spiritu in gloria dei patris Amen. Iste due oratões sequentes dicantur sub uno Oremus. & sub uno Per dominum.

OMps sempiterne deus/qui dedisti famulis tuis in cõfessiõe vere fidei eterne trinitatis gloriã agnoscere: et in potẽtia maiestatis adorare vnitatẽ: quesumꝰ vt eiusdem fidei firmitate ab oibꝰ semp muniamur aduersis. Alia oõ

EXaudi nos omps & misericors deꝰ/vt quod nostro ministratur officio: tua benedictione potius impleatur. Per dominum nostrum iesum christum. Ad Corinthios.

FRatres. Nescitis qñ corpora vestra membra sunt christi? Tollẽs ergo mẽbra christi: faciẽs mẽbra meretricis? Absit. An nescitis qñ qui adheret meretrici/vnũ corpus efficit? Erũt inquit duo in carne vna. Qui aũt adheret deo: vnꝰ spũs est. Fugite fornicationẽ. Omne eñi peccñ quodcũq; fecerit homo: extra corpus est. Qui autem fornicatur/in corpus suũ peccat. An nescitis qñ membra vestra templum sunt spiritussancti qui in vobis est: quẽ habetis a deo/et non estis vestri? Empti enim estis precio magno/ honorificate et portate deum: in corpore vestro. Gradale.



Dñe.


de um ce li quia
fecit nobiscum misericordiam su am
Nō repetatur grad. i missis sponsaliū:
Alleluya.
℣. Benedictus es
domine de us patrum nostrorum et laudabilis
in secula.
In tpe paschali cit scdm Missa bnū ex istis sequētibus.
Al le lu ya.
℣. Nonne cor
nostrū ardēs erat in nobis de ielu dū loqre-


tur nobis in vi a.
Alle lu ya.
℣. Surgens
iesus dominus no ster ste tit in me dio
discipulo-
rum suorum dixit pax vobis.
Alle luya.
℣. Surre xit do-
minus et occur rens mulie-


ribus a it ane
te tunc accesse runt et tenne-
runt pedes e tus.
Alleiu ya.
℣. In die resurrectionis mee:
dicit domi nus pre ce-
dam vos in galile am.
Alleiu ya.


℣. Dicite in gentibus
quia dominus regnauit a
ligno.
Alle luya.
℣. Christus resur-
gēs ex mortuis iam non moritur mors
illi
li vltra nō dominabitur
Sequē
tia.
Alma


nomia sūmi. Messias sother ēmanuel sabaoth adonay
Est vnigenitus via vita manus homou syon Prin-
cipium primogenitus sapien tia virtus. Alpha ca-
put finisq; simul vocitatur et est oo. Hons et ori-
go boni paracletus ac media tor. Agnus ouis vi-
tulus serpēs aries leo vermis. Os verbum splendor
sol gloria lux et ymago. Panis flos vitis mōs ianua
petra lapisq;. Angelus et spōsus pastor;q; propheta
sacerdos. Thanathos kyrios theon pāton craton et



ylus. ℣ aluificet nos. ℟ it eui secla. ℣ er oñia dora.

In illo tempore: Accesserũt ad (Scõm matheum. Iesum scribe et pharisei: tẽtantes eũ ⁊ dicentes. Si licet hoi dimittere vroꝛẽ quacũq; ex causa: Qui rñdẽs ait illis. Nõ legistis qa q̃ fecit ab initio masculum ⁊ feminã fecit eos. Et dixit eis. Propt hoc dimittet hõ patrẽ ⁊ matrẽ ⁊ adherebit vroꝛi sue: ⁊ erũt duo in carne vna. Itaq; iã nõ sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deꝰ ziũxit/ homo non separet.



Credo in vnũ deum. ℣atrẽ oipotentẽ: Factoꝛẽ celi ⁊ terre. Visibiliũ omniũ ⁊ invisibiliũ. Et in vnũ dominum iesum chꝛistum filiũ dei vnigẽnitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de deo lumen de luimine deum verum de deo vero. Genitum non factum consubstantialem patri per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine/ et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub poncio pilato/ passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secũdum scripturas. Et ascendit in celum sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloꝛia iudicare vivos et moꝛtuos. Cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dominum et vivificantem. Qui ex patre filioq; procedit. Qui cum patre et filio simul adoꝛatur et conglorificatur. Qui locutus est per pꝛophetas. Et vnam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteoꝛ vnum baptisma in remissionem peccatoꝛum. Et expecto resurrectionem moꝛtuoꝛum. Et vitam venturi seculi. Amen. Offertoꝛium.



Benedi ctus sit de us pa ter.



¶Nota q̄ odor thuris bñdicti nūq̄ datur in ecclesia sponso et sponse. Inde est q̄ oblato thure benedicto super altare si descendat thuribul. ad clericos vel ad laicos: aliud thus est apponendum et hominibus offerendum. Secretum.

SAnctifica quesumꝰ dñe deus noster trinitas sancta: per tui sancti nois inuocationē huius oblationis hostiam: et cooperante spiritu sancto per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Aliud secretum.

ADesto domine supplicationibus nostris: et hāc oblationem quam tibi offerimus pro famulis tuis quos ad statū maturitatis/et ad diem nuptiarū perducere dignatus es/placatus ac benignus assume. Per dñm. Prefatio. Qui cum vnigenito. Post Sanctus. prosternāt se spōsus et sponsa in oratione ad gradum altaris extenso super eos pallio quod teneant quattuor clerici per quattuor cornua in superpelliciis/nisi alter eor prius fuerit desponsatus et benedictus: quia tunc nō habeatur palliū sup eos nec dicatur sacramentalis benedictio vt postea patebit. Deinde dicto Per omnia secula seculor amē. Post Pater nr. anteq̄ dicit Pax dñi sit semp vobiscū. facta fractione eukaristie more so-

lito/ dimissaq; hostia in trib⁹ fractiõib⁹ sup patenã dicat sacerdos cõuersus ad illos/ dkones sequẽtes sub tono lectiõis illis interim genuflectẽtib⁹ sub pallio/ sacerdote sic dicente.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

PRopiciare dñe supplicationibus nostris: et institutis tuis quibus ppaginẽ humani generis ordinasti benign⁹ assiste: vt quod te auctore cõiungitur/ te auxiliante



seruetur. Per christum dominum nostrum. Oremus.

DEus qui potestate virtutis tue de nichilo cuncta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordijs/ homini ad ymaginẽ dei facto ideo inseparabile mulieris adiutoriũ cõdidisti: vt femineo corpori de virili carne dares principium docẽs qõ ex vno placuisset instituí/ nũq; liceret diuiũgi. Hic incipit bñdictio sacramẽtalis. Deꝰ q̃ tã excellẽti mysterio cõiugalẽ copulã sanctasti: vt xpi ⁊ ecclie sacramẽtũ pfigurares in federe nuptiarum. Hic finit bñdictio sacramentalis. Deus p quẽ mulier iũgit viro ⁊ societas principaliter ordinata ea bñdictiõe ✠ donat q̃ sola nec p originalis peti penã nec p diluuij est ablata sentẽtiã. respice. Respice ppici⁹ sup hãc famulã tuã q̃ maritali iũgẽda est cõsortio: tua q̃ se expetit protectiõe muniri. Sit in ea iugũ dilectiõis et pacis: fidelis ⁊ casta nubat in xpo: imitatrixq; sanctarũ permaneat feminarũ. Sit amabilis vt rachel viro/ sapiẽs vt rebecca/ lõgeua ⁊ fidelis vt sara. Nichil in ea ex actib⁹ suis ille auctor puaricationis vsurpet: nexa fidei mandatisq; permaneat vni thoro iuncta contactus illicitos fugiat: munitaq; infirmitatẽ suam robore discipline. Sit verecundia grauis/ pudore venerabilis/ doctrinis celestibus erudita. Sit fecunda in sobole/ sit probata ⁊ innocẽs: et ad optatam perueniat senectutem. et videat filios filiorum suorum vsq; in tertiam ⁊ quartam

progeniem: et ad beatorum requiem atq; ad celestia regna



pueniat. Per dñm. ꝛc. Per omnia secula seculoꝝ. Amen. Notandū q̄ hec clausula **Deus q̄ tam excellēti.** vsq; **Deus p quē mulier.** Nō dicat in scōis nuptijs. vir enī aut mulier ad bigamā trālicēs nō debet iterū a sacerdote bñdici. qa cū alia vice bñdicti sunt/ eoꝝ bñdictio non debet iterari: qa caro benedicta trahit ad se carnē nō bñdictā. Notādū est autē q̄ inhibitū est p cap. extra de scōis nup. ne bñdictio det in secūdis nuptijs. quod etiam testatur beat⁹ Ambrosius qui ait. **Prime nuptie a dño sunt sblimate. Secūde vero pmisse. Prime nuptie sub oi bñdictione celebrant. Secūde vero carēt oi benedictione.** sed quia plures benedictiōes sunt in nuptijs celebrandis scilz in introitu ecclesie et super palluꝫ: ꝫ post missam: et super thorū in sero. Quere que benedictio sit iterāda in secundis nuptijs/ et que non. Sciendum est q̄ in hac ōratiōe que sic incipit **Deus qui potestate.** ꝛc. tres sunt benedictiones ibidē que idem habent principium. scilz **Deus.** media autem est omittenda. scilz ista **Deus qui tā excellenti.** vsq; **Deus per quē mulier.** quia in ista benedictione agitur de vnitate christi et ecclesie: que figuratur in primo matrimonio/ non autem in secundo. Unde apostolus ad Corinthios ait. **Erūt inquit duo in carne vna.** Et hoc notatur extra de bigamis. capitulo **Debitum.** ꝫ sit vir vnius vxoris. Et hoc p primo matrimonio. sed qui adheret pluribus/ dissoluit vnitatem vel fedus vnitatis: et ideo illa benedictio q̄ agit de vnitate scilicet **Deus qui excellenti mysterio.** ꝛc. nō dicetur in secundis nuptijs: et hoc est verum tam in viro bigamo q̄ in muliere vidua: qa caro bñdicta trahit ad se carnē nō benedictā. sed oēs alie benedictiōes siue ōciones debēt dici indifferēter scdm curiam romanā/ et scdm Hostiēsem/ et Thomā alqnū ꝫ Mozādū doctorē. Et q̄stio ista discussa erat ꝫ determinata in sacro palatio dñi pape/ ꝫ trāslata i angliā p magistrū Johānē hayssted. Anno dñi. M. ccc. xij. ꝫ causa

discussionis erat: quia multitudo sacerdotū tūc tpis ad sedē apostolicā cōuolarūt causa obtinēde absolutiōis bñficium pro bñdictiōib⁹ in scōis nuptijs indiscrete collata. Ideo sup hoc statuit cōstitutio noua Johānis papē. xxij. q̄ sic incipit.

QUoncertationi antique finem imponere cupientes presenti declaramus edicto: q̄ licet vir vel mulier ad bigamiā/ vl' ad secūdas nuptias transierint: bñdici nō debent cū fuerint alias bñdicti. q̄ si forsan alter eor̄ vel ambo esset ad scōas nuptias trāseūtes & in primis nuptijs bñdicti nō fuerint: dāda est eis benedictio in secūdis nuptijs. Hane volentes antiquū rigorē temperare: cōcedimus q̄ presbyter q̄ secūdas nuptias bñdixerit sciēter/ ad sedē apostolicā ex hoc venire minime teneat: sed a pena sulpēlionis hoc casu a iure indicta: per suos possunt diocesanos absolui. Si qui vero iuxta opinionem quorūdā hactenus ex hoc se nō reputātes sulpēlos ordines quoslibet seu queuis beneficia receperint: diocesani eor̄ a pena sulpensiōis predicta ipos absoluere at sup executione ordinū et retētione beneficior̄ huiusmodi cū eis valeāt licite dispēsare. Hic queri potest quare secūde nuptie nō bñdicāt: Ad hoc dico q̄ secūdū matrimoniū q̄uis in se consideratū sit pfectū sacramētū: tamē in ordine ad primū sacramentū consideratum: aliq̄d habet de defectu sacramenti. quia non habet plenā significationē cum nō sit vna caro sicut est in matrimonio chriſti & ecclesie. et ratione huius defectus benedictio a secūdis nuptijs subtrahitur. Sed hoc est intelligēdū quādo secūde nuptie sunt secūde ex parte viri et ex parte mulieris tantū prime. Si enim virgo contrahat cum illo qui habuit aliā vxorē nichilominus nuptie benedicūtur. saluatur & aliquo modo significatio etiā in ordine ad primas nuptias. dā episcopus et si vnā ecclesiā habeat sponsam: habet tamē plures personas desponsatas in vna ecclesia: sed anima nō potest esse spōsa alterius q̄ chriſti quia cū demone fornicatur: nec est matrimoniū spirituale: & propter hoc quando mulier secūdo nubit/ nuptie nō benedicūtur propter defectum sacramēti. ¶Post hec vertat se sacerdos ad altare & dicat. Pax domini. & Agnus dei. Tūc amoto pallio

Surgant ambo spōsus et spōsa/et accipiat spōsus pacē a sacerdote:et ferat sponse osculans eam/et neminē aliū nec ipe nec ipsa: sed statim diaconus vel clericus a presbytero pacē accipiens ferat alijs sicut solitum est. Communio.



POrficiat nobis ad salutē corpis ⁊ aie dñe deus huius sacramenti susceptio: ⁊ sempiterna sancte trinitatis eiusdēq; indiuidue vnitatis cōfessio. Alia postcō.

QVesumus omps de⁹ instituta pietātis tue pio amore comitare: vt quos legitima societate cōnectis: ītegrā pace custodias. Per dñm. C Post missam benedicatur panis ⁊ vinum/vel aliud quid potabile in vasculo: ⁊ gustēt in noie dñi/sacerdote dicēte. Dñs vobiscum. Orem⁹. Oro.

BEne ✝ dic dñe panē istū et hūc potū et hoc vasculum sicut benedixisti quinq; panes in deserto et sex ydrias in chana galilee: vt sint sani et sobrij atq; immaculati omnes gustantes ex eis salnatoris mundi. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate spiritussancti deus. Nocte vero sequēte cū sponsus ⁊ sponsa ad lectū puenerint: accedat sacerdos ⁊ benedicat thalamū dicēs. Dñs vobiscū. Orem⁹. oro.

BEne ✝ dic dñe thalamū istū et oēs habitantes in eo:

vt in tua pace consistant/et in tua voluntate permaneant ꝛ in amoꝛe tuo viuant et senescant/et multiplicentur in longitudinem dierum. Per dominū nostrū. ¶ Item benedictio super lectum cum Dominus vobiscum.et Oꝛemus. Dño.

BEne ✠ dic dñe hoc cubiculū (Respice) qui nō dormis neꝝ dormitas/ q̄ custodis israel:custodi famulos tuos in hoc lecto quiescētes ab omnibus fantasmaticis demonū illusionibus.custodi eos vigilantes vt in pꝛeceptis tuis meditentur dormientes/et te per sopoꝛem sentiant:vt hic et vbiqꝝ defensionis tue muniantur auxilio. Per dominum. Deinde fiat bñdictio sup eos i lecto tm̄ cū Oꝛem⁹. Bñdictio.

BEne ✠ dicat deus coꝛpoꝛa vꝛa et animas vestras/ et det super vos benedictionem sicut benedixit abꝛahā/ ysaac ꝛ iacob Amen. Alia benedictio cum Oꝛemus. Dño.

QVanus domini sit super vos/ mittatqꝝ angelum suū sanctum qui custodiat vos omnibus diebus vite vestre.Amen. ¶ Alia benedictio cum Oꝛemus.

BEne ✠ dicat vos pater ꝛ filiꝰ ꝛ spūsanctꝰ q̄ trinꝰ est in nūero/ ꝛ vnꝰ est in numine Amen. His pactis aspꝛgat eos aqua bñdicta: ꝛ sic discedat ꝛ dimittat eos in pace.

¶ Oꝛdo ad seruitiū peregrinoꝝ faciendū. In pꝛimis confiteantur peregrini de oibus pctis suis:deinde dicātur super eos coꝛā altari pꝛostratos p̄i ꝛ pꝛeces sequētes: et post vnūquēqꝝ psalmū dicit Glia p̄i. ps. Ad te dñe leuaui. et ps. Miserere. Require in vigilijs moꝛtuoꝝ. Psalmus.

QVi habitat in adiutoꝛio altissimi:in pꝛotectiōe dei celi cōmoꝛabitur. Dicet dño susceptoꝛ meꝰ es tu et refugiū meū deus meus:sperabo in eum. Quꝛm ipse liberauit me de laqueo venātiū: ꝛ a vbo aspero. Scāpulis suis obūbꝛabit tibi: ꝛ sub pēnis eius sperabis. Scuto circūdabit te veritas eius:nō timebis a timoꝛe nocturno. A sagitta volante in die a negocio perambulante in tenebꝛis: ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille ꝛ decem milia a dextris tuis:ad te autē nō appꝛopinquabit. Verūtamē oculis tuis cōsiderabis: ꝛ retributionē pctoꝝ videbis. Quꝛm tu es dñe spes mea: altissimū posuisti refugiū tuum.

Non accedet ad te malum: et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quia angelis suis mandauit de te: vt custodiãt te in omnibus vijs tuis. In manibus portabũt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem et basiliscum ambulabis: et conculcabis leonem & draconem. Quoniam in me sperauit liberabo eum: protegã eum quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me & ego exaudiam eum cũ ipso sum in tribulatione: eripiam eũ et glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum: et ostendam illi salutare meũ. Gloria patri. Kyrie el. Christe el. Kyrie el. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos. Ego dixi dñe miserere mei. Sana aiam meam quia peccaui tibi. Vias suas dñs demonstret tibi. Et semitas suas doceat te. Gressus tuos dñs dirigat secõm eloquiũ tuũ: vt nõ dominẽtur tibi oẽs iniusticie. Tuã dirigãtur vie tue. Ad custodiendas iustificatiões dñi. Perficiat dñs gressus tuos in semitis suis. Vt non moueantur vestigia tua. Benedictus dñs de⁹ die quotidie ꝓsperũ iter faciat tibi. De⁹ salutariũ tuorũ. Angelus dñi bonus comitet tecũ. Et bene disponat itera tua et act⁹ tuos: et iterũ cum gaudio reuertaris ad ꝓpria. Beati imaculati in via. Qui ambulant in lege dñi. Nichil proficiat inimic⁹ tibi. Et filius iniqtatis nõ apponat nocere tibi. Exurge dñe adiuua nos. Et libera nos ꝓpter nomẽ tuũ. Dñe de⁹ virtutũ cõuerte nos. Et ostende faciẽ tuã et salui erimus. Dñe exaudi oronẽ meam. Et clamor me⁹ ad te veniat. Dñs vobiscũ. Et cũ spũ tuo. Oremus.

Adesto dñe supplicatiõibus nostris: et viam famuli tui. N. in salutis tue ꝓsperitate dispone: vt iter omnes vie et vite huius varietates: tuo semp protegatur auxilio. Per christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

Deus qui ad vitam ducis et confidentes in te paterna protectione custodis: quesumus vt huic presenti famulo tuo. N. a nobis egredienti angelicum tribuas comitatum. vt auxilio tuo ꝓtectus nulli⁹ mali concutiatur formidine/nullo comprimatur aduersitatis languore: nullis irruentis inimici molestet insidijs: sed spacijs necessarij itineris

propio gressu pactis ppriisq; locis restituat recipiat solpes ac debitas exoluat tuo noi grãs. Per xpm. Oremus. Oco.

DEus qui diligẽtib⁹ te miam tuam semp impendis: ⁊ a seruitutibus tibi in nulla es regione longinquus: dirige viam huius famuli tui. N. in voluntate tua: vt te p tectore te duce per iustitie semitas sine offensiõe gradiatur. Per dominum nostrum. Hic surgant peregrini a prostratione: et benedicat sacerdos peras suas et baculos suos dicens. Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

DOmine iesu christe qui ineffabili tua miseratione ac patris iussione spiritusq; sancti cooperatione de celo descendere voluisti/ ouemq; perditam diabolica seductione voluisti querere atq; ppris humeris ad celestis patrie gregem referre: quiq; precepisti filijs matris ecclesie orando petere/ bene viuendo querere/ ac pulsando perseuerare: vt citius inuenire valeant salutaris premia vite: te humiliter imploramus quatenus sctificando hñ ✠ dicere digneris hãc peram et hunc baculũ: vt quicũq; eã in tui nois amore adinstar hũilis armature lateri suo applicare atq; collo suo suspendere siue in manibus suis gestare: sicq; peregrinando suffragia sanctorum humili comitante deuotione studuerint querere: dextere tue protecti munimine peruenire mereantur ad gaudia mansionis eterne. Per te saluator mundi Qui cũ patre. ꝛc. Hic aspgat aquã benedictam sup peras et baculos ⁊ ponat singulis peregrinis perã ad collũ dicẽs.

IN noie dñi nostri iesu christi accipe hanc perã habitũ peregrinationis tue: vt bene castigatus et saluat⁹ peruenire merearis ad lumina sanctorum quo pergere cupis: et peracto itinere tuo: ad nos reuertaris incolumis. Per eũdem do. ꝛc. Deinde tradat singulis eor baculum ita dicens.

ACcipe hũc baculum sustentationis itineris ac laboris peregrinatiõis tue: vt deuincere valeas omnes cateruas inimici: et peruenire securus ad lumina sanctorũ quo pergere cupis: et peracto obedientie cursu ad nos reuertaris cum gaudio. Per dñm nrm. Si vero aliqui illorũ peregrini sint hierusalem: tunc habeãt ipsi vestes cum ceruicibus

gnatas: ⁊ bñdicãtur cruces hoc mõ. cũ Dñs vobiſ. Oꝛem⁹.

DEus inuicte potẽtie pietatis imẽſe atq; peregrinãtiũ toti⁹ ⁊ſolatiõis auxiliũ q̃ famulis tuis victricia arma tribuis: q̃s vt has cruces deuote humilitatis bene ✠ dicere digneris: vt venerãde crucis vexillũ cui⁹ in eis eſt deſignata figura: ſit inuictiſſimũ robur ſeruoꝛ tuoꝛ ⁊tra antiqui hoſtis neq̃ſſima tẽtamẽta: ſit i via defenſio: ſit in domo pꝛotectio: ſit vbiq; pꝛeſidium. Per dominum. Hic aſpergatur aqua benedicta ſuper cruces / et detur ſingulis peregrinis ſic pfecturis veſtis cum cruce ſignata dicẽte ſacerdote.

ACcipe veſtimentũ cruce dñi nꝛi ſaluatoꝛis ſignatũ: vt per illud ſalus bñdictio et virtus pꝛoſpere pficiſcendi ad ſepulchꝛum ipſius tibi comitetur. Qui cum deo patre et ſpiritu ſancto viuit et regnat deus. Per oia ſeꝛa ſe. His finitis: dicatur miſſa pꝛoiter agentibus.

CAd miſſam officium hoc modo incipitur:





In te domine speraui non cõfundar in eternũ:in iustitia



Deste die supplicationib⁹ nostris et uiã famuli tui. N. in tua libera me et eripe me. Or. salutis tue pperitate dispone: ut inter omnes uie zbite huius uarietates:tuo semper protegatur auxilio. Per dñm. Lectio libri geneſis.

IN dieb⁹ illis.Locutus est abraham dicẽs.Dñe deus celi qui tulit me de domo patris mei:et de terra natiuitatis mee: qui locutus est michi et iurauit dicens. Semini tuo dabo terram hanc:ipse mittet angelum suũ coram te. Gr. Esto michi in deum pro-



te cto rem et in lo cũ re-

fu gi j. Ut saluum me fa-



cias. ℣. Deus in te



speraui domine non confun-

dar in eter num.


Repetat gradale.
Alle in ya.
℣. Qui ti ment
do minum spe rent in e um
adiu tor et prote-
ctor e orum est.
Si tpe pasch. ptigerit: tuc erit ledm
Alleluya. vnus ex
sequentibus. Alle luya.
℣. Opor te-
bat pa ti christi et resurgere a mor tuis et



Uel Alleluya. Surrexit altissimus. uel Alleluya. Christus mortuus est. Require in grad. Euāgel. Scōm Matheum.

IN illo tpe. Dixit iesꝰ dis.su. Eūtes ꝓdicate dicētes: q̄ appropiquabit regnū celoꝝ. Infirmos curate/mortuos suscitate/leprosos mūdate/demōes eijcite. gratis accepistis gratis date. Nolite possidere aurū neq̄ argētū in zonis vrīs. Nō perā/nō calciamenta/neq̄ duas tunicas habeatis: neq̄ virgā. Dignꝰ est operariꝰ mercede sua. In quācūq̄ autē ciuitatē aut castellū intraueritis: iterrogate q̄s i ea dignꝰ sit. Et ibi manete donec exeatis. Intrātes aūt domū: salutate eā dicētes. Pax huic domui. Et si q̄dē illa domꝰ fuerit digna: maneat pax vra sup eā. Si aūt nō fuerit domꝰ digna: pax vra sup vos reuertet. Et q̄cunq̄ nō receperit vos: nec audierit sermones vros: exeūtes de domo vel de ciuitate excutite pulue rē de pedibꝰ vrīs sup eā. Amē dico vobis: tolerabilꝰ erit terre sodomoꝝ & gomorreoꝝ in die iudicij: q̄ illi ciuitati. Offr.





Chic offerant Peregrini. Secretã.

PRopitiare quesumus domine supplicationibus nostris: et has oblationes quas tibi offerimus pro famulis tuis benignus assume: vt viam illorum precedente gratia tua dirigas: et subsequẽte comitari digneris: vt de actu atq; incolumitate eorum secundũ misericordie tue presidia gaudeamus. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum vi. et reg. Communio.



STempta ḡs die celestis mysteriis sacramenta ad plperitatẽ itineris famuli tui proficiant: ꝙ eũ ad salutaria cũcta pducãt. Per do. Post missam dicat sacerdos has oões sequẽtes sup pegrinos corã altare pstratos: siue pfecturi sint hierusalẽ siue ad sctm iacobũ vel ad aliã pegrinationẽ. eũ Dns vobiscũ. et eũ Oremus. Oco.

DEus infinite mie et maiestatis immẽse: quẽ nec spacia locorũ nec interualla temporum ab his quos tue-

eis abiungunt: reſpice. adeſto famulis tuis et p̃ſta: vt in te vbiq confidentibus: et per omnem quam ituri ſunt viã dux eis et comes eſſe dignare: nichil illis aduerſitat noceat nichil difficultatis obſiſtat: cuncta eis ſint ſalubria/ cuncta ſint p̃ſpera. vt ſub ope miſericordie tue quicquid iuſte petierint deſiderio celeri et p̃ſpero cõſequantur effectu. Per chriſtũ dñm nostrum. Alia oratio cum Oremus. Oratio.

OMnipotẽs deꝰ qui eſt via/ veritas ⁊ vita iter tuum in beneplacito ſuo diſponat: angelũ ſuũ raphaelẽ in hac peregrinatiõe tui cuſtodẽ adhibeat: q̃ ad loca deſiderata cũ pace cũdo te p̃ducat: ⁊ cũ ſalute iterũ te ad nos redeundo reducat. Sit interuẽtrix tui btã dei genitrix maria cũ vniuerſis angelis ⁊ archãgelis/ patriarchis quoq ⁊ pphetis: ſint intercelſores tui ſcti apli petrus et paulus cũ ceteris apoſtolis/ martyrib⁹/ cõfeſſorib⁹ atq virginib⁹ obtineãtq tibi ſancti quoꝝ queris veſtigia cum omnibus ſanctis iuſta deſideria et p̃ſperitatem remiſſionemq omnium delictorum ac vitã eternã. Per do. Deide cõtenk ⁊ ita rece dãt in noie dñi.

¶Benedictio enſis noui militis fiat hoc modo. interim genuflectente ipo milite coram altari. Primo dicat ſacerdos ſine nota. Dominus vobiſcum. et Oremus. Oratio.

DEus cunctorũ in te ſperantiũ p̃tector: adeſto ſupplicationibus noſtris: et concede huic famulo tuo q̃ ſincero corde gladio ſe primo nititur p̃cingere militari: vt in omnibus galea tue virtutis ſit p̃tectus: et ſicut dauid et iudith contra gentis ſue hoſtis fortitudinis potentiam victoriam tribuiſti: ita tuo auxilio munitus contra hoſtium ſuorum ſeuiciam victor vbiq exiſtat: ⁊ ad ſancte eccleſie tutelam proficiat. Per chriſtũ do. Alia oratio cum Oremus.

DEus qui trinos gradus hoſtiũ poſt lapſum ade in toto orbe terrar⁊ ſtituiſti quo plebs tua fidelis inunis ab oĩ impetu nequitie ſecura et quieta ꝑmaneret: adeſto ſupplicationib⁹ noſtris et hũc enſem quẽ inuocatione tui ſanctiſſimi noĩs benedicimus: bñ ✠ dicere dignare vt famul⁹ tuus cui eum te largiente concedimus ac accingimus ſit eo vlatur. Hic ſuccingat ſacerdos militẽ cũ enſe. quatenus et

hostes ecclesie insidiãtes reprimat: et seipsum ad omni inimico tua protectione potenter defendat. Per christum dñm. Deinde aspergat sacerdos militem ense succinctum aqua benedicta: et recedat miles in nomine domini.

¶ Bñdictio carniũ in die pasche cũ Dñs vob. et Oremus.

DEus celi terreq; dominator qui das escã omni carni et imples omne animal benedictiõe: bene ✠ dic ⁊ sãcti ✠ fica hanc creaturam carnis vt nobis dona tua cumẽtibus anime et corporis sanitatem concedas. Per christum dominum nostrum. Alia oratio cum Oremus. Oratio.

DEus qui vniuerse carnis es conditor/ qui noe et filijs suis de mundis et imundis animalibus precepta dedisti: quiq; sicut olera herbarum humano generi quadrupedia munda edere permisisti/ et qui agnũ in egypto moysi et populo tuo in vigilia pasche comedere precepisti in figura agni dñi nostri iesu christi cuius sanguine omnia primogenita tibi de mundo redemisti/ et nocte illa omne primogenitum in egypto percutere pcepisti seruans populũ tuũ agni sanguine prenotatum: dignare dñe deus omnipotẽs benedi ✠ cere et sancti ✠ ficare has carnes vt quicũq; ex populo tuo fideli ex illis comederint: oi bñdictiõe celesti ⁊ gr̃a tua saturati repleantur in bonitate per quem hec oia dñs condita sunt et ab initio creata: saluator mundi. Qui viuis et regnas cũ deo pr̃e. ⁊c. Hic aspergat aqua bñdicta sup carnes.

¶ Benedictio carnis/ casei/ butiri/ ouorum siue pastillorum in pascha cum Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

DOmine deꝰ oꝑs q̃ fecisti ⁊ creasti cuncta viuẽtibꝰ tue largitatis alimoniã humanũq; genus spũalibusq; escis ac poculis tuorũ ꝓceptorũ terrenisq; substantijs tuorũ donor indeficiẽter reficis: te oipotẽtẽ deũ obnixe petimꝰ: vt hec dona tua carnis/ casei/ butiri vel ouor̃ siue cuiuscũq; alteriꝰ tibi q̃ tuipe creasti/ ⁊ nobis donasti ypetua claraq; benignitate sanctificare ac bene ✠ dicere digneris vescẽtibusq; ex eis largam tue benedictionis sanitatẽ in visceribus eor̃ clementer collata: et presentis vite solpitatem et future beatitudinem misericorditer indulge. Per dominum nostrum.

Deinde aspgat sacerdos aquã bñdictã. ¶ Bñdictio nouoꝝ fructuũ quoꝝũcũqꝫ/cũ Dñs vobiscum. ℟ Oꝛemus. Oꝛatio.

DOmine sancte pater omnipotens eterne deus qui benedixisti quinqꝫ panes in deserto/ ℟ duos pisces vnde saturati sunt quinqꝫ milia hominũ: sic bene ✠ dicere ℟ sanctificare digneris hunc fructum quem accipiamus in tuo sancto nomine et filij tui dñi nostri iesu chꝛisti. vt qui sumpserint ab eo accipiant saturitatem mentis/ ꝓtectionem coꝛporis/ tutelam salutis et securitatem spei/ coꝛroboꝛationem fidei ℟ eternitatẽ spũsancti. Per eũdẽ do. In vnitate eiusdẽ. Hic aspergatur aqua bñdicta. ℟c. ¶ Benedictio ad omnia quecunqꝫ volueris cum Dominus vobiscũ. ℟ Oꝛem⁹. Oõ

CReatoꝛ ℟ ꝛeseruatoꝛ humani generis datoꝛ gratie spiritualis largitoꝛ eterne salutis tu dñe mitte spiritũsanctum tuum super hãc creaturam. ℵ. vt armata virtute celestis defensionis quicũqꝫ ex ea gustauerint: ꝓficiat illis ad salutem: et tam coꝛporis ℭ anime recipiant sanitatem. Per dominũ nostrum. Hic aspergatur aqua benedicta super ea. ¶ Benedictio seminis/ cũ Dñs vobiscũ. et Oꝛemus. Oõ.

OMnipotẽs sempiterne deꝰ creatoꝛ generꝭ humani suppliciter tuã clemẽtiã exoꝛamus vt hoc semen quod in tuo sancto noie serendi sumus in agros nostros: celesti benedictione bene ✠ dicere et multiplicare digneris: atqꝫ ad maturitatem perducere: vt per vniuersum oꝛbem terrarũ collaudetur dextera tua. Per dominũ nostrũ. Deinde aspergatur aqua benedicta super semen. ¶ Benedictio pomoꝝũ in die sancti iacobi. cũ Dñs vobiscũ. et Oꝛemus. Oratio.

DOmine sancte pater oꝑs eterne deus qui ad infirmi mũdi oꝛnatum die tertia lignũ pomiferũ facere fructũ in ꝓncipio ꝛcepisti: quiqꝫ amarũ vetiti pomi saporem antiqui serpentis sualu a patribus nostris gustatũ vnigeniti filij tui dñi nꝛi iesu chꝛisti passione salutari non sentire posteros filios naturaliter voluisti a quo sanitas ℟ omne medicamẽtũ venit: ꝙsumus ineꝛrabilẽ pietatẽ tuã vt hunc nouoꝝ pomoꝝ fructũ tuo aspectui oblatũ: dñe ✠ dicere et sanctifi ✠ care digneꝛis: quatenꝰ sancti apostoli tui iacobi ℟ mar-

tyris tui chyſtofori quor hodie feſta celebramus oimq; ſanctorum tuor meritis ac precibus quicunq; fideles tui cum gratiarum actione ex eo guſtauerint: ſanitatem mentis et corporis operãte in eis ſpirituſancto percipere mereantur. Per eũdem dñm. In vnitate eiuſdẽ ſpũſſcti de⁹ ꝛc. Itẽ benedictio pomor cum Dñs vobiſcum. et Oremus. Oõ.

DEpreamur omn̄s deus vt dñi ✠ dicas hunc fructum nouor pomor: vt qui eſu arboris letalis et pomo in primo parente iuſta funeris ſententia multati ſum⁹ per illuſtrationem vnici filij tui redẽptoris dei ac dñi noſtri ieſu chriſti ꝫ ſpũſſancti benedictione ſctificata ſint oia atq; benedicta: depulſiſq; primi facinoris intẽtatoris inſidijs ſalubriter ex hui⁹ diei anniuerſarijs ſolennitate diuerſis terris edendis germinibus ſumamus. Per eundem dñm In vnitate eiuſdẽ. Deinde ſacerdos aſpergat ea aqua benedicta.

¶Benedictio elemoſyne cũ Dñs vobiſcũ. et Orem⁹. oõ.

DEprecor te dñe ſctẽ pater omn̄s eterne deus: vt iſtam elemoſynam bene ✠ dicere et ſanctificare digneris pro aia famuli tui. N. ad remediũ et remiſſionem pcatorum ſuorum: vt in luce tue amenitatis ſine fine letetur. Per do. Deinde aſpergat ſacerdos ſuper eam aquam benedictam.

¶Benedictio panis i dieb⁹ dñicis. In primis ſacerdos legat euãgelium ſecundum Johannẽ. In principio. et poſtea dicat v. Sit nomen dñi benedicti tũ. Ex hoc nunc et vſq; in ſeculum. Deide dicat ſic. Dñs vobiſcũ. et Oremus. or.

BEne ✠ dic dñe creaturam iſtam panis ſicut benedixiſti quinq; panes in deſerto: vt oēs ex eo guſtantes tã corporis q̃ aie accipiant ſanitatem. In noie patris et filij et ſpũſſancti. Tũc aſpergat aqua bñd ſup panẽ et diſtribuat.

¶Benedictio ſcuti ꝫ baculi ad duellum faciendum. In primis dicat ſacerdos proſtratus ante altare hos ſequeñ. cum Gloria pri. pugnaturo interim genuflectẽte retro ſacerdotẽ. ps. Deus in adiutoriũ. reqre in viſitatione infirmorum. Benedicam dominũ. Judica dñe nocentes. Qui habitat. btũ. in officio peregrinor. ps. Quicũq; vult. ãn. Ne reminiſcar⁹ dñe delicta noſtra. ꝛc. Kyrie el. Xpe el. Kyrie el.

Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Hoc non scom peccata nostra facias nobis. Neq; secūdū iniqtates nostras retribuas nobis. Hoc omine ne memineris iniquitatū nostrarum antiquarū. Cito anticipent nos misericordie tue quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris noster. Et propter gloriā nominis tui libera nos et propicius esto peccatis nostris propter nomē tuum. Esto alitū fac seruū tuum. Deus meus sperantem in te. Mitte ei domine auxilium de sancto. Et de syon tuere eum. Esto ei dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Non uertere dñe vlq; quo. Et deprecabilis esto super seruū tuum. Hoc omine exaudi orationem meā. Et clamor mē. Hoc fiis vobiscum. Oremꝰ. Oco.

Omps sempiterne deꝰ q mūdū ex informi materia fecisti/et vnicū filiū tibi coeternū p generis humani redēptiōe spūsancto cooperante incarnari atq; de hoste antiquo triumphare fecisti: te suppliciter petimꝰ: vt hoc scutum atq; baculum istum dextera potētie tue bñdicere digneris: vt sint arma inuincibilia respice atq; triūphare potētia/te adminiculante victricia: quatenus q cunq; his armis pugnauerit: tua ptectione munitus tam corporis q aie salutē percipiat: atq; victoriosum de hoste reportās tropheū bello peracto: tibi creatori oim gras referat cū filio tuo dño nostro iesu xpo q tecū et cū eode spūsctō vi. ē reg. d. Per oia. ē. Hic aspgat sacerdos scutū et baculū aqua bñdicta: deinde resurgente pugnaturo: tradat ei sacerdos scutū dicēdo. Accipe hoc scutum ad corporis tui ptectionem. In noie patris. ē. Item dicat sacerdos. Protegat te christus filius dei viui. Amen. Deinde tradat ei sacerdos baculum dicens. Accipe hūc baculum ad hoc duellum preparatum: cum quo valeas tibi rebellantem prosternere/et insurgentem conterere: habeasq; victoriam. In nomine patris ē. Deinde tenens pugnaturus scutum et baculum iterum genuflectat coram altari: dicente super eum sacerdote. Dñs vobiscū. Et Oremus. oco.

Omnipotator ē roborator sustentamentumq; tuorū fidelium adonay indeficiens interminabilis inenarrabilis pater eterne deus: qui gentes magnas/et reges

fortes coꝝ ppło tuo israel destruxisti et victisti: quiq puero tuo dauid de gygante te blasphemante/ atq in sua virtute confidente triumphare cōcessisti: te supplices exoramus: vt hunc famulum tuū. N. in te confidentem: benedicere/ adiuuare/ protegere/ confortare ⁊ conseruare: atq sanctoꝝ tuoꝝ angeloꝝ presidio eū ballare digneris. presta ei dñe fidē rectā spem firmā/ cordis fiduciā/ corporis fortitudinē: oimq mēbroꝝ valitudinē: quatenꝰ te adiuuāte hostē pternere atq victoriā capescere mereatur; tibiq soli deo oipotenti bello triumphaliter peracto gr̄as et laudes referat. Per xp̄m dñm.

Deinde sacerdos dans ei benedictionem dicat hoc modo.

COnfortare et esto robustus: spera in dño et fac bonitatem: ⁊ noli obliuiscī oēs retributiones eiꝰ. ipse det tibi vitam et victoriam et benedi ✠ ctionē in seculum seculi. Amen. Bene ✠ dicat te deus pater. Amē. Custodiat te iesus christus. Amen. Cōfortet te spūsanctus. Amē. Pręsit tibi victoriā trinus et vnus deus. Qui viuit et regnat per omnia secula seculoꝝ. Amen. Deinde aspergat sacerdos cum aqua benedicta: et ita recedant in nomine domini.

CBenedictio oculoꝝ infirmoꝝ: potest fieri in hūc modum si necessitas inducat et deuotio alicuius illā deposcat. In primis genuflectat infirmus coram altari: deinde dicat sacerdos Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

DOmine iesu christe qui aperuisti oculos ceci nati: serena huius famuli tui oculos dās in eis visum plpicacem sufficientem ydoneum competentem in obsequium tuum per virtutem huius sacramēti/ et p hoc signū sctē crucis tue. Hic signet sacerdos oculos infirmi signo sctē crucis cum corporalibus et cum eisdem ventulet in oculis eius dicens. In nomine patris et filij et spiritussancti. Amen.

CBenedictio nauis cū Dñs vobiscum. Oremus. Dño.

DEus cuius prouidentia vniuersa regunt et cōseruātur: cui dignaris potestatis maris/ et mitigas motū fluctuū eius: qui noe famulo tuo ne genus humanū totum periret in diluuio archam facere precepisti: qui ventis et tempestatibus imperas et obediunt: qui petrum super aquas

maris ambulãtem ne mergeretur erexisti: tuã dñe clemen
tiam obnixe petimus & humiliter imploramus: quatenus
hanc nauiculam per virtutẽ sctẽ crucis et p intercessionem
btẽ et gloriose marie semp ṽginis et oim sctõr tuor tua dex
tera digneris bñ✠dicere oĩsq; insidias hostiũ visibiliũ & i-
nuisibiliũ ab ea repellere: vt in ea sub tua protectione nauigã-
tes: nullis illudant fãtasmatib⁹/ nullis deficiant aduersis/
nõ eos vorago terribilis sorbeat/ nõ tẽpestas impellat/ non
frãgat scopulus/ nõ inuadat aduersarius/ sed vniuersis ex-
pedita terrorib⁹: nomẽ tuũ collaudãtes ad ppria cũ gaudio
reuerti mereant. Per te saluator mũdi qui cum deo patre et
spiritu sancto viuis et regnas deus per oia secula seculorũ.
Amen. Deinde aspergatur naus aqua benedicta.

COmni die p annũ de quocũq; fiat seruitiũ/ nisi in dieb⁹ be
neris: & qñ festum est ꝓceptũ vt in vigilijs quattuor tẽpor⁹ &
ferialib⁹ dieb⁹ infra quadragesimã. & nisi p ebdomadã pas-
che: dicantur bñdictiões ante prãdiũ hoc mõ. In primis di-
cat sacerdos. B ñdicite. R. Dñs. ps. O culi oim in te spe-
rãt dñe: & tu das escã illor in tpe opportuno. Aperies tu ma-
nũ tuã: & imples omne aial bñdictione. Gloria patri. Sicut
erat. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyõ. Pater nr.
Deide dicat sacerdos. Et ne nos iducas i tẽtationẽ. R. Sed
libera nos a malo. Sacerdos. Oremus. B ene✠dic dñe
nos & dona tua que de tua largitate sum⁹ sũpturi. Per chri
stum dñm nrm. R. Amen. Lector. Jube dñe bñdicere. Sa
cerdos. Mense celestis participes faciat nos rex eterne glo-
rie. Amen. Lector. Deus charitas est et qui manet in cha-
ritate in deo manet et de⁹ in eo/ sit deus in nobis: et nos ma-
neamus in ipso. R. Amen. C Hec predicta lectio non muta
tur per totum annum quando predicte benedictiones dici
debent ante prandium: nisi in dominicis paschalis tempo-
ris tantum. tunc enim dicatur sequens lectio. Expurgate
vetus fermentum / vt sitis noua conspersio sicut estis azi-
mi: etenim pascha nostrum: immolatus est christus: itaq;
epulemur in dño. (Deide post prãdium dicat sacerdos hoc
modo.) De⁹ pax & dilectiõis maneat semp nobiscũ: tu autẽ

domine miserere nostri. Deo gras. ps. Confiteantur tibi dñe oia opa tua: & scti tui bñdicãt tibi. Glia pri. Sicut erat. Deinde dicat sacerdos cpim. Agimus tibi gratias rex omnipotẽs de⁹ p vniuersis bñficijs tuis: qui vivis et regnas deus p oia secula scꝝ. Amẽ. Deide dicat sequẽs psalmus. sacerdote incipiẽte. Laudate dñm oẽs gẽtes: laudate eum oẽs pplí. Quoñ confirmata est super nos misericordia eius: et veritas dñi manet i eternũ. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleyson. Xpe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos. Dispersit dedit pauperib⁹. Justitia eius manet in seculum seculi. Benedicam dñm in omni tẽpore. Semper laus eius in ore meo. In domio laudabitur anima mea. Audiant mansueti & letẽtur. Magnificate dominũ mecũ. Et exaltem⁹ nomẽ eius in idipsum. Sit nomẽ dñi benedictum. Ex hoc nunc et vsq; in seculum. Deinde dicat sacerdos sine oremus. Retribuere dignare dñe de⁹ omnibus nobis bona facientibus propter nomẽ sanctum tuum vitam eternam. Amen. Benedicamus dño. Deo gratias. Deinde dicatur de sancta maria aliqua antiphona ad placitum cum versiculis et oratione de eadem que magis tempori cõueniat: quib⁹ dictis dicatur pro fidelib⁹ defunctis. ps.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit. Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuam sustinui te dñe. Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in domio. A custodia matutina vsq; ad noctem: speret israel in domino. Quia apud dominũ misericordia: et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet israel: ex omnib⁹ iniquitatib⁹ eius. Finito psalmo non dicatur Glia patri, sz statim sequatur Kyrie el. Xpe el. Kyrie el. Pater nr. Et ne nos. Sed libera. Requiẽ etnã. Et lux perpetua. A porta inferi. Erue dñe. Credo videre. In terra viuẽtiũ. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. or.

Absolue qs dñe aias famulor famularũq; tuarũ parentũ/ parrochianor amicor & bñfactor nostror/ &

omnũ fideliũ defunctor̃: vt in resurrectiõis gloria iter sanctos ꝫ electos tuos resuscitati respirẽt. Per xp̃m dñm nr̃m. Amẽ. Requiescãt in pace. Amẽ. Deide dicat sacerd̃. Bñdicite. ℟. Dñs. Sacerd̃. Det vivis gr̃am/defunctis miam/ecclesie ꝫ regno pacẽ: ꝫ nobis vitã eternã. Amẽ. Et dicat ps. De pfundis. in fine gr̃ar̃ post prãdiũ oi die p ãnũ de quor̃ũq; fiat seruitiũ/ nisi in duplicib⁹ festis principalib⁹. Ante cenã vero p totũ annũ fiãt bñdictiões hoc mõ sacerdote dicente. Bñdicite. ℟. Dñs. Cenã sanctificet qui nobis omnia prebet. In noie patris ✠ et filij ꝫ spiritussancti. Amẽ. Deinde post cenã p totũ ãnũ/ nisi p ebdomadã pasche dicat sacerdos hoc mõ. Bñdictus de⁹ in donis suis. ℟. Et sanct⁹ in oibus operib⁹ suis. Adiutor̃ũ nostrũ in noie dñi. Qui fecit celum et terram. Sit nomen dñi benedictum. Ex hoc nunc et vsq; in seculum. Sequatur oratio sine Oremus sic. Retribuere dignare. cũ antiphona de sancta maria vt supra post prandiũ. Nunq; eni dicatur psalmus. De profundis. Post cenã scdm vsum Sar. ¶Quandocũq; fuerit q; ieiunium est preceptũ vt in vigiliis quattuor̃ temporibus et in omnibus ferialibus diebus infra quadragesimã: de quocunq; fiat seruitiũ/ dominicis diebus tantum/ exceptis ac in omni die veneris per annũ quodcũq; festum duplex vel simplex ibidem contigerit/ nisi in die natalis dñi: et per ebdomadã pasche: dicantur benedictiones ante prandium hoc modo. Benedicite. ℟. Dominus. Edent pauperes ꝫ saturabuntur et laudabunt dñm qui requirunt eum: viuent cor̃da eor̃um in seculũ seculi. Gloria patri ꝫ filio. Sicut erat in principio. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Orem⁹. Bñdic dñe nos. vtñ. Juve dñe benedicere. Sacerdos. Cibo spũalis alimonie reficiat nos rex eterne gl̃ie. Amẽ. lectio. Gratia dñi nostri iesu xp̃i ꝫ charitas dei ꝫ cõmunicatio sct̃i spũs sit cũ oib⁹ nobis. amẽ. Hec predicta lectio nõ mutatur per totum annũ quando iste benedictiones dici debent ante prandium/ nisi in ferialibus diebus infra quadragesimam. tũc enim dicatur hec lectio. Frange esurienti panem tuum et egenos vagosq; induc in

domũ tuam:cum videris nudum/operi eũ:et carnem tuam ne despexeris. Ait dominus omnipotens. Similiter in vigilia pasche dicitur hec lectio Si consurrexistis cum christo que sursum sunt querite vbi christus est in dextera dei sedens. Deinde post prãdiũ dicat sacerdos hoc modo. Deus patris et dilectiõis. vtꝫ. ꝑs. Memoriam fecit mirabiliũ suorum misericors et miserator dñs:escam dedit timẽtibus se. Gloria patri. Sicut erat. Capitulũ. Agimus tibi gratias omnipotens. ꝑs. Laudate dñm omnes gentes. Mñ confirmata est. vtꝫ. Iste ꝑs. predictus nõ mutatur per totũ annũ nisi in ferialib⁹ dieb⁹ infra quadrage. tũc enĩ loco ei⁹ dr̃ ꝑs. Miserere. ℣. per totã quadragesimã de quocunq; fit seruitiũ et ramo. quia huiusmodi bñdictiões sunt de natura temporalis et non sanctor. deinde fiãt oia vt supra post prãdiũ in alio tempore. Tamen in vigilia pasche non dicitur ꝑsalm⁹ Miserere. sed ꝑs. Laudate dñm oẽs gentes. quo dicto dicat sacerdos. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

SPiritũ in nobis dñe tue charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti:tua facias pietate concordes. Per eũdem dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdẽ spiritussancti deus. Per omnia secula seculorũ. Amen. Dominus vobiscum. Et cũ spiritu tuo. Benedicam⁹ domino. Deo gratias. In die pasche ℣ p totã ebdomadã fiãt benedictiones ante prandiũ hoc modo. Benedicite. Dñs. Hec dies quã fecit dñs exultemus et letemur in ea. Gloria patri. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos. Oremus. Benedic dñe nos. Jube dñe benedicere. Mensle celestis. Lecto. Expurgate vet⁹ fermentũ. vtꝫ. Deinde post prandiũ dicat sacerdos hoc modo. Qui dat escam oi carni confitemini deo celi:tu autẽ dñe misererenti. Deo gratias. ꝑs. Laudate dñm oẽs gẽtes. Mñ confirmata. Gloria patri. Sicut erat. ℣. In resurrectione tua christe. ℟. Celi et terra letentur alla. Dñs vobiscum. Oremus. Spiritum in nobis. vtꝫ. Benedicam⁹ dño. Deo gratias. ante cenam fiant benedictiões vtꝫ. deinde post ce-

nã dicat hoc modo. Hec dies quã fecit dñs. ỽ. In resurrectiõe tua xpe. ℟. Celi ⁊ terra. Dñs vobiscũ. Oꝛem⁹. Spiritũ in nobis do. vtꝫ. Benedicamus domino. Deo gratias.

QUaliter hi q̃ ad oꝛdinẽ anachoꝛitaꝝ accedũt: accedere siue se habere debeãt: sequẽtia sc̃m vsũ Saxꝝ. declarabũt. Nõ opoꝛtet quẽq̃ inclusũ fieri sine epi ꝛsultu. ab epo aut aliquo alio pbro eruditak ac moneak quaten⁹ ipe deuot⁹ cõsciẽtiã suã scrutet/ ac videliꝫet vtrũ bona intẽtiõe aut mala scitatẽ appetit. si deo placere aut lucrũ siue laudẽ humanã acqrere affectat. deniq; an vires et an ꝛstãtia mẽtꝭ suppetãt cõtra maligni hostꝭ versutias: ⁊ ꝛtra hui⁹ mũdi innumerabiles molestias. Que cũ se ꝑ regno dei toleratuꝝ ⁊ i deo solo spem posituꝝ ꝑmiserit: icludat eũ eps aut pbr̃ iussu epi. Jhe vo iclus⁹ discat nõ supbe sape qm̃ meruit a freq̃ntia hominũ separari. ꝭ infirmitati sue poti⁹ credat esse puisũ siue ꝛsultũ q̃ elõgat⁹ est a ꝛsoꝛtio ꝑmoꝝ ne crebꝛ⁹ pectãdo ac se ꝑditiõi mãcipãdo: cohabitãtes cõtaminaret: ⁊ ob hoc i dã nationẽ grauioꝛẽ incideret. Reputet ergo se inclusus quasi petis dãnatũ ⁊ celle solitarie velut carceri traditũ: ⁊ ꝑpt infirmitatẽ ꝑpriã hoim ꝛsoꝛtio indignũ. Hec regula in vtroq; sexu seruet. ℂ Incipit oꝛdo famulos vel famulas dei icludendi. In ꝑmis puideat sibi q̃ icludẽdus est q̃ de omnib⁹ pectatis suis que memoꝛie occurrere possint sit confessus et q̃ in die diẽ inclusiõis pcedẽte pane ⁊ aqua tm̃ reficiak. In nocte vero sequẽte in monasterio inclusoꝛio suo vicino cum cereo suo accenso deuote in oc̃onibus vigilare tenetur. In crastino facta exhoꝛtatione ad populum ⁊ ad eum qui includendus est: episcopus vel sacerdos incipiat hoc. ℟m.





Postea prosternẽs se eps vel sacerdos super tapetum: ante altare cũ clericis incipiat hos psalmos Dñe ne in furore. ℣. Domine dominus noster. cum Gloria patri. Psalmus.

Exaudiat te dominꝰ in die tribulatiõis: protegat te nõ mẽ dei iacob. Mittat tibi auxilium de sctõ: et de syon tueatur te. Memor sit oĩs sacrificij tui: et holocaustum tuũ pingue fiat. Tribuat tibi scõm cor tuũ: & omne cõsiliũ tuũ confirmet. Letabimur in salutari tuo: & in noĩe dei nostri magnificabimur. Impleat dñs oĩes petitiões tuas: nunc cognoui qñ saluũ fecit dñs xpm suũ. Exaudiat illũ de celo sctõ suo: in potentatibus salus dextere eius. Hi in curribus et hi in equis: nos aũt in noĩe dei nri inuocabimꝰ. Ipsi obligati sunt & ceciderũt: nos aũt surreximus & erecti sumus. Dñe saluũ fac regẽ & exaudi nos in die qua inuocauerimus te. Gloria pri. ps. Beati quor. ps. Iudica dñe nocẽtes me: expugna. tc. ps. Dñe ne in furore. ij. ps. Beatꝰ

qui itelligit. ps. Iudica me de⁹ ⁊ discer. ps. Miserere mei deus scom. ps. Dñe exaudi oratione meam. ℣. Dñs vob. Benedic aia mea dño: et oia q̄ intra sunt noi scto eius. Benedic aia mea dño: ⁊ noli obliuisci oēs retributiones ei⁹. Qui ppiciat oib⁹ iniqtatib⁹ tuis: q̄ sanat oēs infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitā tuā: q̄ coronat te in mia ⁊ miseratōib⁹. Qui replet in bonis desiderīū tuū: renouabit vt aq̄le iuuēt⁹ tua. Nō dē viteri⁹ ps. De profundis. ps. Dñe nō est exaltatū. ps. Dñe exaudi. ℣. Dñs vob. Hic dicti sequatur Kyrie eleyson. Christe el. Kyrie el. Pāter noster. Et ne nos. Sed libera. Salnū fac seruū tuum (vel) ancillā tuā. Deus me⁹ sperāte in te. Nichil pficiat inimicus in ea. Et fili⁹ iniqtatis non apponet nocere ei. Esto ei dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Mitte ei dñe auxiliū de sancto. Et de syon tuere eū. Dñe exaudi. Dñs vobiscum. Oremus

Pārce dñe parce famulo tuo. N. quē redemisti christe sanguine tuo. ⁊ nō in eternū iracseris ei. Qui viuis et reg. Alia oratio cum Oremus. Oratio.

¶ Deinde deportetur corpus ad ecclesiam: ibidem vel in cimiterio humandum. ¶ Quando deportari debet corpus defuncti ad ecclesiam: in primis sumat sacerdos spiculam et aspergat aquā benedictam super corpus examine interim dicendo psalmū **De profundis.** Quo dicto sequatur **Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Requiem eternam. A porta inferi. Credo videre bona dñi. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio. Inclina domine aurem tuā.** Et oratio. **Fidelium deus omniū.** Et finiantur sub vna conclusione sic. **Qui cum deo patre. ꝛc. Requiescant in pace. Amen.** ¶ Si vero fuerit corpus mortuum cum processione suscipiendum: tunc eodem modo ordinetur processio sicut in simplicibus dominicis / preter q in hac processione sacerdos et ministri eius in albis cum amictibus induti incedant / chorus autem in cappis nigris quotidia. Et cum ad locū destinatum pervenerit processio: tadamen ipsum sacerdos aqua benedicta aspergat: et postea

thurificet interim dicendo psalmũ **De profundis clamaui.** vt supradictũ est. Deinde in redeundo dum deportatur corpus ad ecclesiam cantetur sequens ãn. cãtore incipiente ãn.



℣. **Suscipiat te christus qui vocauit te et in sinu abrahe**



angeli deducant te. Repetatur ãn. **Subuenite.** Deinde dicatur ps. **De profundis.** ℣ post vnũquẽq; ℣. repetatur ãn. et postea si necesse fuerit dicatur eodem ordine ps. **In exitu israel.** Require postea in officio sepul. Deinde in introitu cimiterij/ vel citius inchoetur Responsorium. **Libera me domine.** et dicatur cum hoc versu tãtum. **Dies illa.** Require in **Dirige.** ante laudes. Nunq; portetur enim corpus alicuius defuncti circa cimiterium: sed directe in ecclesiam/ et si corpus canonici vel alterius magnatis fuerit in chorum deferatur: sinautem extra chorum in ecclesia post ost. relinquatur. ¶ In introitu ecclesie dicitur hec antiphona cantore incipiente. Antiphona.



In paradisum deducant te angeli in tuũ cõuentũ su-

ſcipiant te martyres et p. ducãt te in ciuitatẽ ſanctam



hieruſalem. ℣. Requiem eternam dona eis domine:



Repetatur antiphona. In paradiſum. qua finita ſequatur

et lux perpetua luceat eis.



Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon.

Deinde aſpergat ſacerdos aqua bñdicta corpus defuncti et thurificet: rogãs aſtãtes orare pro aia defuncti ita dicens. Pro aia. ℣ et pro animab⁹ omniũ fideliũ defunctor. Pater noſter. Et ne nos. A porta inferi. ℣ Nõ itres in iudiciũ. Quia non iuſtificabitur in cõſpectu tuo. Dñs vobiſcum. Oremꝰ.

SUſcipe dñe ſeruũ tuũ in bonũ habitaculũ: et da ei requiem in regno celeſti hieruſalẽ vt in ſinu abrahe patriarche tui collocatus reſurrectiõis die præſtoletur/ et inter reſurgentes ad gloriam reſurgat: ℟ cum bñdictis ad dexteram dei venientib⁹ veniat: ℟ cũ poſſidẽtib⁹ vitã eternã poſſideat. Per xpm. Aia ei⁹ ℟ aie oim fideliũ defunctor per dei miſericordiam in pace requieſcãt. Amen. Deinde dicant ſolẽniter vigilie mortuorum: ℟ poſtea 2plet. de die/more ſolito. CUbi vero in die ſepulture deportetur corpus ad eccleſiam tunc imediate poſt ꝓdictã or. Suſcipe dñe. dicat cõmendatio alaz ſolẽniter vt infra poſt vigilias mortuor patebit: et finito ꝓo. Domine probaſti. ſtatim incipiat miſſa pro defunctis. Deinde exeat ſacerdos cũ ſtola et aqua benedicta ad locum vbi ſepeliendus eſt mortuus et ſignocrucis ſignet locum: ℟ poſtea aſpergat aquam benedictam. deinde accipiat

sacerdos tolloziũ vel aliud instrumentũ/et aperiat terrã in modũ crucis ad lõgitudinẽ ꝫ latitudinẽ corporis defũcti dicẽs. **Aperite michi portas iustitie et ingressus in eas confitebor domino: hec porta domini iusti intrabunt in eam.**

VIcantur autẽ vigilie mortuoz quotidie cũ missa in cap̃.in crastino vsq; ad vigiliã nati.dñi:nisi in festis nouẽ lect.ꝫ a crastino oct. epyphanie vsq; ad tertiã fer̃.ante pascha:ꝫ in ipa tertia feria fiant vigilie mortuoz cũ.ix. lec. in cõuentu cũ missa in crastino/nisi aliqd̃ dup̃.festũ impediat: et tũc fiat p̃dictũ seruitiũ in aliqua die p̃cedenti ipsius ebdo made q̃ ad hoc vocauerit: videlicet in dñica vel in seña fer̃.ꝫ sic cõpleat seruitiũ mortuoz vsq; ad oct. pasche: nisi corpus presens forte cõtigerit. ¶ **Post octa. vero pasche nõ fit seruitiũ mortuoz in cuentu/nisi corpus presens affuerit vel dies anniuersarius vel dies tricennalis ẽtigerit vsq; in crastinũ sancte trinitatis.** ¶ **In crastino aũt scẽ trinitatis ꝫ ab hic quotidie fiãt vigilie mortuoz vsq; ad aduẽtũ dñi/nisi p oct. et in octa. assumptionis ꝫ natiuitatis beate marie et dedicationis ecclie.** ¶ **Canonico vero defuncto statutũ est triginta dieꝝ in cõuentu obsequiũ fieri: et triginta psalteria separatim a quocũq; psbytero vnũquẽq; psbyteroꝝ ac reliquos vero cuiuscũq; ordinis sint viginti psalteria cantare: et ab vnoquoq; in ebd̃.sua pꝛiuatim eiꝰ ãniuersar̃.celebrare.** ¶ **Impediunt autẽ debite vigilie mortuoz per totũ annũ p festa duplicia in pꝛimis et secũdis vesperis/nisi corpus pꝛesens affuerit:et in octa.die epyphanie ꝫ i aliis octa. q̃ dicit hymnꝰ/ Saluator mũdi. In oibus etiã aliis festis nouem lec.ꝫ i dñicis et i festis triũ lect.ꝫ in octa.in qbꝰ choꝛꝰ regitur in pꝛimis vel peris tñ. Sic̃iter fiat in cõmẽoꝛatiõe btẽ marie/ꝫ scti loci.** ¶ **Fiãt aũt vigilie mortuoz cũ nouẽ p̃is. nouẽ ãis:ꝫ.ix.lc-q̃cũq; corpus adest pꝛesens vl q̃ dies anniuersariꝰ vel dies tricẽnalis ẽtigerit:nisi in tpe paschali.** ¶ **In paschali vero tpe dicunt tres p̃i.ꝫ tres lect.cũ tribus ãis sup̃ pos aũ lectõnes qualiscũq; nocturnus dic̃:ꝫ oẽs ãe sup̃ pos ad vesperas̃ scz ad Placebo.et oẽs ãe sup̃ pos in laud̃.dicãt.** ¶ **Post octanas vo pasche in quacũq; fer̃. inchoet officium**

moztuoz:incipiak ān.in pmo nocł.et compleantur duo lequētes nocturni in eadem ebdomad.si fieri potest: sine autē fieri potest:sine nō:deinceps nō seruetur ordo nocturnoz:sz feriarū in hoc tēpoze sicut ⁊ aliis tpib⁹ obseruek. Ita tn q̄ q̄cūq; fit seruitiū p corpoze plenti cuiuscūq; fuerit: et in anniuersak. et trigint.epoz in predicto tpe: semper āe. psalmi v. lectiones ⁊ duo responsoria dicantur de pmo nocturno.

¶Sciendū est q̄ in tēpoze palchali semp erit tertiū.R̄. **Libera me dñe de morte.** cū his tribus.v.scilz **Dies illa.** v. **Quid ergo.** v. **Nūc christe.** Quandocūq; dicat ur hoc predictū.R̄. **Libera me dñe.** semp reincipiatur post vltimum versum.

¶In anniuersak. vero epoz ⁊ quādocūq; corpus adest presens:et in die animaz tātum:tertiū sextum et nonum.R̄. debent repeti ab illis clericis qui v. Rionum cantauerunt.

¶In quotidianis obsequiis moztuoz videlicet q̄n corpus non est presens/ vel dies anniuersak. vel tricēnalis non habetur/ tūc fiant vigilie moztuoz cū tribus lectionibus tm̄ et ir.ps.⁊ vna sola ān.sup ps hoc mō.Ad ves. vna sola ā.sz **Placebo** ps. **Dilexi.** ps **Ad dñm cum tribula.** ps. **Leuaui.** ps. **De pfundis.**ps. **Cōfitebor.**ij.Repetita ā.post ps dicat sacerdos executor officij. v. **A porta inferi.** R̄. **Erue domine.** ān. **Audiui voce.** ps. **Magnificat.** Sequatur. **Kyrie. xpe Kyrie. Pr nr.** Deinde sine pnūciatiōe. **Et ne nos.** Dicat iste ps. sine nota. **Lauda aia mea dñm.** finito po. dicat sacerdos loco nec habitu mutato. v. **Requiē eternā. Et lux. A porta inferi. Erue do. Credo vi. In terra. Dns vo. Et cum spū.** tres or. dicātur tā ad **Placebo.** q̄ ad **Dirige.** sub determinatiōe:quaz prima p episs/ sda p fratrib⁹ ⁊ sororib⁹/ tertia gnālis. Et dicantur iste or. ad **Placebo.** p totū annū. or. **De⁹ q̄ inter apl̄icos.** or. **De⁹ venie.** or. **Fideliū v.** nō dicak **Dns vo.** nec **Requiescāt in pace.** sz statim sine iuita. incipiak ā. **Dirige.** tamē q̄n dirige. non dicatur/ statim post **Placebo.** vt in.xl.⁊ q̄n or. predicte dicātur i laud. vt a die aiaz vsq; ad quartā feriā añ palcha:tūc dicatur ab ipso sacer. executore officij.v. **Requiescāt in pace.** sine **Dns vobiscū.** Post or. ad **Dirige.** sup oēs pos añ lect.hec sola ān. **Dirige.** ps. **Ver-**

ba mea. ps. Dñe ne in furore. j. ps. Dñe deus me⁹ in te spe. ps. Dñs regit me ps. Ad te dñe leuaui. pl. Dñs illumina-uo. ps. Expectãs expe ps. Beat⁹ q̃ itelligit. pl. Quẽadmodum. Repetita ãn. post pos. sacerd̃ executor officij dicat v. Cõplaceat tibi dñe vt eruas n... R. Dñe ad adiuuandũ me re. Pr̃ nr̃. deide dicat sacer. i audiẽtia. Et ne nos. chor⁹. Sz libera nos. sil̃iter i audiẽtia. Oẽs lect. leganf i scõa fota. v. quoꝝ lector ab ipis lectorib⁹ dicãt. Jta q̃ prima ⁊ tertia lectio ex pte chori legãt: ⁊ scõa lcõ ex alta pte. ⁊ hec oia sine nota dicãt stati post vespas de sctã maria añ cõplet. de die. Jn lcõib⁹ legẽdis ⁊ Rijs cãtãdis ordo feriar seruetur videlicet die dñica ⁊ fer. iij. lcões ⁊ Ria de prio nocturno et scõa ⁊ quinta fer. lectiones et Ria de secundo noctur. et. iij. et. vj. fer. lc. et Ria de. iij. noc. ita tñ q̃ sp in. iij. ⁊. vj. fer. sit tertiũ. R. Libera me dñe de viis inferni. Jn obsequiis mortuor cũ nouẽ pis et tribus lectionib⁹ tertiũ R. nunq̃ repetatur ante laudes qñ sequũtur laud. cõtinue vt a festo sctẽ trinitatis vsq; ad festũ omniũ sanctor dicat sacerd̃ hunc v. Requiescant in pace. R. Amen. Jn laud. hec sola ãn. Exultabũt. ps. Miserere. Te decet. Deus deus me⁹. Ego dixi. Laudate dominũ de celis. Repetita ãn. post p. dicat sacerd̃ v. Requiẽ eternã. R. Et lux. ãn. Ego sum. ps. Bñdictus. sequatur Kyriel. xp̃el. Kyriel. Pr̃. nr̃. Deinde sine pronũciatione. Et ne nos. dicat sine nota pl. Exaltabo. deinde dicat sacerd̃. Requiem eternam. Et lux. A porta. Erue dñe. Credo videre. Jn terra vi. Dñs vobiscũ. Orem⁹. Or. De⁹ cuius mie. Or. Jnclina domie. ⁊ finiant sub vna terminatiõe sic. Per xp̃m dñm no. sequat Orem⁹. deinde dicũt orationes p defunctis familiaribus ad placitũ: qb⁹ expletis sequat oco gñalis in audiẽtia scz Aiab⁹ q̃s do. q̃ termiet sic. Qui cũ deo pre et spũcto vivis ⁊ regnas deus. Per oia secula seculor. Amen. Requiescant in pace. Amẽ. sine Dñs vobis. Qñ laud. nõ sequitur cõtinue post lectiões vt a die aiar vsq; ad quartã feriã ante pascha: tũc nõ dicat añ laud. v. Requiescãt in pace. sed post vltimũ R. dicat Kyriel xp̃el. Kyriel. Pr̃ noster. sine Et ne nos. Deinde dicatur ps. Exaltabo. sine nota cũ v. et oconib⁹ q̃ dicẽ-

de sunt ad laud. alio tpe. Laudes vero tūc dicūtur post matut. de die ꝛ de scta maria supradicto mo: et tūc post psalmū **Benedictus.** dē **Kyrie. Xpe. kyrie. Pr nr** sine **Et ne nos.** cū p. **Uoce mea.** ij. cū v. ꝛ oīb⁹ q dicebantur ad **Placebo.** et hec omnia tam ad **Placebo.** q ad **Dirige.** sine nota dicūt **C** Dciēdū est q quandocūq dicitur seruitium mortuorum in conuentu siue corpus presens fuerit vel anniuersarius episcoporum vel decanor: et nisi in die anniuersarii semper dicit **Placebo.** sedendo vsq ad ān. post pos. similiter fiat in laud. Ad **Dirige** vero per totū tempus sedet chorus nisi dū ān. super psalmos ante lectiones dicitur vsq ad inceptionē lec. Ita tamē q lectiones et v. et Rior stando dicūtur: et legantur ab illis clericis scilicet qui dicturi sunt tm: chorus vero interim sedeat. In repetitione autem nom Rij post vltimū v. stet chorus vsq ad primam ān. incipiendam super laud. Prostratus vero debet esse chorus in omni feria quando de feria agitur extra tempus paschale in vigilijs mortuorum trium lec. ad **Placebo.** et quo dicitur **kyrie el.** donec vltima oratio compleatur: et ad **Dirige.** similiter dū dē **Pater nr.** ante lectiones et post vltimū R. quādo non sequūtur continue laud. et post psal. **Benedictus.** eodem mō quo post pm. **Magn.** ad **Placebo.** Et hoc sit gñale per totū annū: q quoties fiunt genuflexiones in choro ad vesperas vel ad matutinas diei: totiēs fiant in sequentibus obsequijs mortuorū quibus fiant nouē lectiones: nisi corpus presens fuerit vl dies anniuersar. eiusdē eccle epor. tūc eni genuflectere choro nō licet: sed cōtinue stare tenet ad **Placebo.** quousq finiatur: et etiam in singulis nocturnis ad **Dirige.** dū dr oco dñical' añ lcōes ꝛ in laud. tm ad j. pm. **Miserere.** et a versiculo añ pm. **Benedictus.** quousq illius obsequi officiū expl:atur. In reliqua psalmodia et in oibus alijs sedere debet. Sciendum est q in vigilijs mortuor nunq fiūt prostrationes in paschali tempore: nec in aliquo festo trium lectionū vel nouē lectionū nec in cōmemoratiōe beate marie/ vel scti loci: nec i octa. nec infra octa. sanctor. **C** Quādo vero corpus adest presens et anniuersarijs epor ocs clerici stare tenētur ad **Placebo.**

per totũ tempus ad **Dirige.** vt in alio tẽpore ad laud. similiter per totũ tẽpus nisi ad inceptione psal. **Te decet.** vsq; ad ỹ. ante **Benedictus.** In vigilijs quoq; mortuor. iij. ℟. extra tps paschale oẽs ỹlicu. dicãtur a sacerd. executore officij loco nec habitu mutato. In vigil. mortuor. ix. ℟. simpli. pria ãn. sup pos. ad **Placebo.** in supiori gradu ichoetur. cete oẽs ãe in prima forma discurrãt/excepta ãn. sup **Magn.** et pria ãn. sup pos ad **Dirige.** et prima ãn. ad laud. et ãn. sup **Benedict⁹.** q̃ in supiori gradu discurrãt. Tres prime lec. in pria forma legãtur: loco nec habitu mutato. sua quoq; ℟ia abeãt dẽ lectorib⁹ cãtẽtur. Tres medie l. i scda fota cũ suis ℟ijs dicãtur. tres vltie lec. in supiori gradu eod mõ cũ suis ℟ijs dicãtur. Ita tñ q; scds ỹ. vltimi ℟ij in eod gradu ex oppolito dicatur. Tertiꝰ sibi ex pte chori i eodẽ gradu / dicatur cetera vt ꝓdictũ est sũt exequẽda. ¶ Iste modus seruitij mortuor locũ habet in oi anniuersar. ℣ trigin. post primũ diẽ trigita. In anniuersar. tñ simplici. canonicor vltimũ ℟. a duob⁹ ỹ supiori gradu dicat ad gradũ chori / hitu nõ mutato cũ suis trib⁹ ỹ. In pria quoq; die trigint. simplic; cãonici eodẽ mõ vltimum ℟. dicatur: sz tñ post vltimũ ỹ. ℟ij ab ipsis canto rib⁹ ad gradũ chori repetatur ℟. ℣ a choro pcãtet. Preterea sexta lectio i supiori gradu cũ suo ℟io dicatur. In anniuersar. ỹo archidiaconor ℣ subdiaconorum vel succentor modus seruitij fiat sicut in primo trigint. simplicis canonici. ¶ In anniuersar. cãtor/thesaurar. cancellar. an. que i simplicibus vigilijs solent esse in prima forma: in scda fota discurrãt. cetera vt i die trigint. de canonicis. In anniuersar. decani simile seruitiũ obseruetur quod de ceteris personis except q; tertia lcõ in scda for. sexta lcõ in supiori gradu cũ suo ℟. dicatur. De plonis vero ecclesie in epos promotis in alijs ecclesijs fit seruitiũ in eorum anniuersar. iuxta dignitatis sue exigentiã quam ante promotionẽ in ecclesia Sar. habuerunt. De alijs vero epis extraneis/ et pro regibus p quibus fit seruitium: eodẽ modo fiat quo in anniuersar. canonic. simplic. Sciendũ tñ est q; de alijs solũmodo fit seruitiũ in anniuersarijs q̃ scribuntur in martilogio. ¶ Sciẽdũ

est autem q̄ in anniuersario quattuor principaliū personar excellentior sacerdos exequitur offic̄m. Ep̄s vero in anniuersar. eporꝫ p̄decessor officiū exequit. In anniuersar. et trigintalibus eporꝫ Sar. eccl̄ie: to[illegible] seruitiū discurrit more duplicis festi scilz Johānis baptiste. habitus tm̄ nō mutet in legēdo vel cantādo. Tabula etiā de lectiōibꝫ legendis ℞ris cātandis disponitur sicut in predicto festo. excepto q̄ nullū ℟. a tribus cantat nisi nonū. Tertiū quoq; sextū et nonū repetant ab illis clericis qui v̄. ℟iorꝫ cantauerūt. lectiones vero nō in pulpito sed ad gradum chori super lectrinū legantur Executor tamen officij in orationibus dicendis locum non mutet nec habitum. Oēs autē v̄. dicantur et respondeātur sub eodē tono quo in tribus noctibus ante pascha: sed in audientia nō respondeantur. ¶ In omnibꝫ aliis anniuersar. et trigint. prima ān. sup primū p̄m ad **Placebo.** in superiori gradu inchoetur. cetere oēs āe. in secūda forma discurrant p ordinē: excepta ān. sup p̄m **Magn.** et prima ān. super primū p̄m. ad **Dirige.** et prima ān. ad laud̄. et ān. super **Benedict.** que in superiore gradu discurrāt. Ter prime lectiones in secunda forma legant: loco nec habitu mutato. v̄. quoq; ℟iorꝫ ab eisdem lectoribus cantentur. Septima lectio cum v̄. ℞is sui: et sic deinceps in superiore gradu suprādicto mō discurrant. Ita tamen q̄ nonum ℟. a duobus de superiore gradu cantetur ad gradum chori habitu non mutato cum suis v̄. ¶ Et sciendum est q̄ semp dicat a sacerdote **Et ne nos.** post **Pater nr̄.** ante inceptionē lectionis quandocūq; dicatur seruitiū mortuorū tā triū q̄ nouē lectionū. Omnes vero v̄. ab aliquo sacerdote de superiore gradu dicantur sub eodem tono qui in tribus noctibꝫ ante pascha loco nec habitu mutato/ vl̄ ab executore officij ℞ideat chorus suprādicto modo. ¶ Quando vero fit seruitiū pro corpore presenti non pro canonico: omnes an. preter quinq; principales in secunda forma suprādicto modo discurrāt. due prime lectiones cum suis ℟. in prima forma: tertiū ℞ quartū in secūda forma. quintū ℞ sit deinceps in superiore gradu. Singula v̄o ℟ia a duobus ad caput defūcti ad orientē versus habitu nō mutato cātent.

vltimū vo ℟. a tribus cū repetitiōe cantetur: locoet habitu
supradō. Ita tñ q ab ipis cātoribꝰ cantet ⁊ incohet. Singuli
vo versiculi a duobꝰ puer ibidē dicant habitu nō mutato.



℟Equiem eternam dona eis domine. non re-
pōdeat i audiēcia quā
do dicitur a duobus. cetera vt in vigiliis prēdictis.



Et lux perpetua luceat eis.

Si vero fuerit corpus cano-
nici cuiuscūq: eodē mō fiat
seruitiū sicut in anniuersa-
riis episcopoꝝ eiusdē eccle.

℣In vigiliis mortuorum
ad vesperas sine **deꝰ in ad-
iutoriū.** incipiatur in supe-
riore gradu Antiphona.



Placebo. Amen. Psalmus.



℣Dilexi quoniam exaudiet dñs: vocem orationis mee.
℣ uia inclinauit aurē suā michi: ⁊ in diebꝰ meis invocabo.
℣ circūdederūt me dolores mortis: ⁊ pericula inferni invenerunt me. ℣ tribulationē ⁊ dolorē inveni: et nomen dñi invocaui. ℣ domine libera animā meā misericors dñs et iustꝰ: et deꝰ noster miserek. ℣ ustodiēs parvulos dñs: humiliatꝰ sum ⁊ liberauit me. ℣ uertere aīa mea in requiē tuā: quia dñs bñfecit tibi. ℣ uia eripuit animā meā de morte oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu. Iste sequens versꝰ scilicet ℣ placebo domino: in regione viuorum. eo q idem est cum antiphona sequenti nō dicatur p versu nisi tñ in quotidianis obsequijs mortuorum. qñ vna sola ān. dē sup pos sed finito versu. ℣ uia eripuit. immediate sequatur ān.



Placebo dño in regione viuor. ān. Heu me. Amen. pl.

AD dominū cū tribularer clamaui: et exaudiuit me. Dñe libera aiam meam a labijs iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad lingnam dolosam. Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorijs. Heu michi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus cedar multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. Ant.



Heu me q̄ incolatus meꝰ prolōgatus est. ā. Dñs. Amē. ℣s.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxiliū michi. Auxiliū meū a domino: qui fecit celum ⁊ terram. Non det in cōmotionē pedē tuū: neq̄ dormitet qui custodit te. Ecce nō dormitabit neq̄ dormiet: qui custodit isrl. Dominus custodit te dñs protectio tua: sup manū dexterā tuam. Per diem sol nō vret te: neq̄ luna per noctem. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat aiam tuam dominus. Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et vsq̄ in seculum. Antiphona.



Dominus custodit te ab omni malo custodiat aiam



tuam dominus. ān. Si iniquitates. Amen. Psalmus.

DE profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocē meā. Fiāt aures tue intendētes: in vocē deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit: Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuam sustinui te dñe. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in dño. A custodia matutina vsq̄ ad noctem: speret isrl i dño. Quia apd dñm mia: ⁊ copiosa apud eū re-

dēptio. Et ipe redimet ysrael: ex oīb⁹ iniquitatib⁹ eius ān.



Si iniquitates obseruau[illegible]s domine: domine quis su-



stinebit. ān. Opera. Amen. Psalmus.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei. In conspectu angelorū psallam tibi: adorabo ad templū sanctum tuum et confitebor nomini tuo. Super misericordia tua et veritate tua: quoniā magnificasti sup omne nomē sanctū tuū. In quacūq; die invocauero te exaudi me: multiplicabis in aīa mea virtutem. Confiteātur tibi dñe ōēs reges terre: qa audierūt oīa verba oris tui. Et cātent in vijs dñi: qm̄ magna est gloria dñi. Qm̄ excelsus dñs et humilia respicit: et alta a longe cognoscit. Si ambulauero in medio tribulatiōis vivificabis me: et super iram inimicorum meorū extendisti manū tuam: et saluum me fecit dextera tua. Dñs retribuet p me dñe mia tua in seculum: opera manuum tuarum ne despicias. ān.



Deinde dicit v. hoc mo-

Opera manuum tuarum domine ne despicias. (do.

℣. Erue dñe aias eor. Et sciēd est q; q̄ficūq; corp⁹ pfis fuerit: ⁊ i āniuersar. ⁊ trigint. eor. Sar. eccle: ⁊ in die aiar. ofns v. cā ad

A porta inferi. (Placebo. q̄ ad Dirige. a duob⁹ puer⁹ pariter stantib⁹ ad orientē q̄uersis habitu nō mutato: sub tono supradicto cantētur ⁊ sub silētio respondeant. Ita q; in anniuersarijs et trigint. eor. et in die animarum ad gradum chori in medio: et quādocūq; corpus presens affuerit / ad caput defuncti dicantur. In oīb⁹ vero alijs anniuersarijs ⁊ trigint. et quando vltimo fit seruitium mortuorum antē

pascha: oēs ℣. ab aliquo sacerdote in superiori gradu vl̄ ab executore officij / loco nec habitu mutato sub tono supradicto dicantur: ℟ tunc semper respōdeat chorus sub hoc tono.



℣. Erue dñe aias eor. ān. Audiui vocem. Amen. ps.

Magnificat: aia mea dñm. Et exultauit spūs meus: in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicēt oēs generatiōes. Quia fecit michi magna q̄ potēs est: et scūm nomē ei⁹. Et mīa ei⁹ a pgenie in pgenies: timentib⁹ eū. Fecit potentiā in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: et exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: ℟ diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerum suum: recordatus misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nostros: abraham et semini ei⁹ in secula. ℂ Nūq̄ enim thurificetur corpus alicui⁹ defuncti ad Placebo. vel ad Dirige. secundum vsum Sar. Antipyona.



Audiui vocē de celo dicentē beati mortui q̄ in dño mo-

riūtur. ℟ yrieleyson. Christe eleyson. ℟ yrie leyson. Pr̄ nr̄. deide lr̄ pnūciatiōe Et ne nos dicat ille ps. lr̄ nota.

Lauda anima mea dñm: laudabo dñm in vita mea: psallā deo meo q̄diu fuero. Nolite confidere in pncipib⁹: nec in filijs hoim in q̄b⁹ nō est salus. Exibit spūs ei⁹ et reuertet in terram suam: in illa die peribunt oīs cogitationes eorum. Beatus cuius deus iacob adiutor eius spes eius in dño deo ipso⁹ q̄ fecit celū et terrā: mare et oīa que i eis sunt. Qui custodit veritatē in seculū: facit iudiciū iniuriam patientibus dat escā esurientib⁹. Dñs soluit compeditos:

dñs illuminat cecos. Dñs erigit elisos: dñs dirigit iustos. Dñs custodit aduenas pupillū et viduā suscipiet: et vias peccatorum disperdet. Regnabit dñs in secula deus tuus syon: in generatione et gener[illegible]onem. Finito psalmo dicat sacerdos/loco nec habitu mutato versiculum.



Requiē eternā dona eis dñe. Et lux perpetua luceat eis.



A porta inferi. Erue dñe aias eor. C redo videre bona

dñi. In tra viuētiū. Dñs vobiscū. Et cū spū tuo. Orem⁹ Sciendum est q̄ qñcūq; corpus adest presens nisi fuerit epi/ regis/regine vel alterī⁹ magnatis semp dicant sub tono sequēti ⁊ sub vna ꝛcluſiõe tā ad **Placebo.** q̄ ad **Dirige.** quattuor oões quar̄ pria sit p corpore pñti. Secda p epis. Tertia p fratribus ⁊ sororib⁹. Et quarta generalis. C Si vero eodē die/dies anniuersarius vel trigintale alicuius nõ completus contigerit: tūc sit secunda oratio p illo anniuersario vel trigintali: tertia p fratrib⁹ ⁊ sororib⁹/⁊ quarta gñalis. C Et si trigintale simul cum anniuersario eodem die contigerit: tunc sit secūda oratio pro illo trigintali: tertia pro anniuersario: et quarta generalis. C Tamen hoc non vsitatū est in ecclesia Sar. imo differantur ibidem huiusmodi solēnitates: ⁊ vnaquęq; p se solēnitas celebrek. licet in ecclesijs parrochialib⁹ fieri nõ valeat. C Sikr in oib⁹ anniuersarijs vel trigintalib⁹ semp dicant quattuor oões sub vna ꝛcluſione tam ad **Placebo.** q̄ ad **Dirige.** quarū pria sit pro illo anniuersario vel trigitali. secda p epis. tertia pro fratribus et sororibus: ⁊ quarta generalis. C Pro corpore presenti cuiuscūq; fuerit tā ad **Placebo.** q̄ ad **Dirige.** dicitur hec oco.

DEus cui proprium est misereri semp & parcere/te supplices deprecamur pro aia famuli tui vel famule tue N. quã hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt nõ tradas eã in manus inimici/nec obliuiscaris in finẽ: sed iubeas illã ab angelis sanctis suscipi: atq; ad regionem viuorum perduci: et quia in te speranit et credidit: sanctorum tuorum mereatur societate letari.

℣ In anniuersario de quocunq; fuerit ad Placebo: tantũ dicatur hec sequens oratio.

DEus indulgẽtiarum dñe da anime famuli tui vel famule tue. N. cuius vel quor anniuersarium depositionis diem cõmemoramus refrigerij sedem quietis beatitudinem luminis claritatem. ℣ Pro trigintali complendo vel completo seu cõmemoratione vnius defuncti vel plurimorum tam ad Placebo q̃ ad Dirige. dicitur hec oratio.

DEus cui pprium est misereri semp et parcere: ppiciare aie famuli tui vl famule tue. N. & oia eius pcta dimitte/vt mortis vinculis absolut⁹: vl absoluta/trãsire mereat ad vitã. ℣ Pro epis defũctis ad Placebo. tñ dr ista oratio.

DEus q̃ inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali fecisti dignitate cõseri: ps̃ta q̃s/vt quorũ vicem ad horã gerebãt i terris: eor ppetuo sortio letentur in celis.

℣ Pro fratribus et sororibus ad Placebo. tñ dr ista oratio.

DEus venie largitor et humane salutis auctor quesumus clementiã tuam: vt nostrarum congregationũ fratres et sorores q̃ ex hoc seculo transierũt: intercedente beata maria semp virgine/et bto michaele archangelo cũ oib⁹ sctis: ad perpetue btitudinis consortiũ peruenire concedas.

Oratio generalis ad Placebo. tantum dicatur ista oratio.

FIdelium deus oim cõditor et redẽptor aias oim fidelium defunctor remissionẽ cunctor tribue peccator: vt indulgentiã quã optauerũt: pijs supplicationibus conse



quantur. Qui cum deo patre et spiritusancto viuis et re-



gnas deus. Per omnia sec̃la seculoꝝ. ℟. Amen. Non dicitur Dominus vobiscum. neq; Requiescant in pace. sed absq; intervallo incipiãtur matutine mortuoꝝ. vt patet inferius. Tamen quandocũq; non dicitur Dirige. statim post Placebo. vt in die animarũ: et in quadragesima: et quando orationes p̃dicte dicũtur in laudibus: vt a die animarum vsq; ad quartam feriã ante pascha: tunc finita oratione Fidelium deus omniũ. vt supradictũ est statim dicat sacerdos executor officij sine Domin⁹ vobiscũ. Hoc modo.



Requiescant in pace. ℟. Amen.

In quotidianis tamẽ obsequijs mortuoꝝ tertia lect. sẽp sine nota dẽ: et respondeatur. Dñe labia. nec De⁹ in adiutoriũ. q; sine Invitatorio. et sine psalmõ. Venite. an. in superiori gradu hoc modo. In p̃ionocturno. Antiphona.



Dirige. Amen. ℣.

VErba mea auribꝰ percipe dñe: intelige clamorẽ meum. Intẽde voci orationis mee: rex meus ⁊ deus meus. Quoniã ad te orabo dñe: mane exaudies vocẽ meã. Mane astabo tibi ⁊ videbo: qm̃ nõ deus volens iniquitatẽ tu es. Neq; habitabit iuxta te malignus: neq; p̃manebũt iniusti ante oculos tuos. Odisti oẽs qui operant iniquitatem: pdes oẽs q̃ loquunt mendaciũ. Virũ sanguinũ et dolosum abominabit dñs: ego autem in multitudine mie tue. Introibo in domũ tuam: adorabo ad tẽplũ sanctũ tuũ in timore tuo. Dñe deduc me in iustitia tua ꝓpter inimicos meos: dirige in cõspectu tuo viã meã. Qum̃ nõ est in ore eoꝝ veritas: cor eoꝝ vanũ est. Sepulchrum patens est guttur eoꝝ linguis suis dolose agebant: iudica illos deus. Corridant a cogitationibꝰ suis secundũ multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerũt te dñe. Et letentur omnes qui sperant in

te:in eternum exultabūt & habitabis in eis. Et gloriabunt in te oēs qui diligunt nomen tuum:qm̄ tu benedices iusto. Domine vt scuto bone voluntatis tue: coronasti nos. ān.



Di rige domine de us meus in conspectu tuo viam

meam. ān. Conuertere. Amen. ps. Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Miserere mei dñe quoniā infirmus sum:sana me dñe quoniam conturbata sunt omnia ossa mea. Et anima mea turbata est valde:sed tu domine vsq;quo. Conuertere domine et eripe animā meā: saluū me fac p;opter misericordiā tuā. Quoniā non est in morte qui memor sit tui:in inferno autē quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo:lauabo p singulas noctes lectum meum: lachrimis meis stratū meū rigabo. Turbatus est a furore oculus meus : inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam : dominus orationem meam suscepit. Erubescant & cō turbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter. Antipphonā.



Cōuertere domine et eripe animā meā quoniā nō est in



morte qui memor sit tui. ān. Nequando. Amen. ps. Domine deus meus in te speraui saluū me fac : ex omnibus persequentibus me et libera me. Nequando rapiat vt leo animā meā: dū nō est qui redimat neq; q saluū

faciat. Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus michi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam & comprehendat et conculcet in terra vitam meam: et gloriam meam in puluerem deducat. Exurge domine in ira tua: et exaltare in finibus inimicorum meorum. Et exurge domine deus meus in precepto quod mandasti: et synagoga populorum circũdabit te. Et propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos. Iudica me domine secundum iustitiam meam: et secũdum innocentiam meam super me. Consumetur nequitia peccatorum & dirriges iustum: scrutans corda & renes deus. Iustum adiutorium meum a domino: qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus fortis et patiens: nunquid irascitur per singulos dies. Nisi cõuersi fueritis gladium suũ vibrauit: arcum suum tetendit et parauit illũ. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentib⁹ effecit. Ecce parturit iniustitiam: concepit dolorem et peperit iniquitatem. Lacum aperuit et effodit eum: et incidit in foueã quã fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: et in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor domino secundum iustitiam eius: & psallam nomini domini altissimi. Ãn.

Nequando rapiat vt leo animam meam dũ non est qui



redimat neq; qui saluum faciat. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domie animas eorum. Pater noster. Deinde dicat sacerdos in audientia sub tono cõsueto Et ne nos inducas i ten. Chorus similiter in audiẽtia sub eodẽ tono respõdeat Sed libera. Quod per totũ annũ obseruet in obsequijs mortuor cũ nota dicẽdis: qualiscũq; nocturn⁹ dẽ ante lcones. ac etiã in die aiar. Non dicat Jube dñe bñdicere. nec Tu autem. sed ex vbis lcõis finẽ faciãt lectores: vt infra patebit. Lcõ. j.

PArce michi dñe: nichil enī sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eū: aut quid apponis erga eū cor tuū: Visitas eū diluculo: & subito ꝓbas illū. Usquequo nō parcis michi: nec dimittis me vt glutiam salivā meā: Peccaui. Quid faciam tibi o custos hominum: Quare posuisti me cōtrarium tibi: et factus sum michimetipsi grauis: Cur non tollis peccatum meū: et quare nō aufers iniqtatē meā: Ecce nunc in puluere dormio: et si mane me quesieris



Eodem modo finiantur omnes lectiones in vigilijs mortuorum preter lectionē. Respōsorij.

non subsistam.



Q Redo q redemptor meus vi uit et in



nouis simo di e de terra surrectu-



rus sum. Et in car ne me a vide bo



de um saluato rem me-



um. ℣. Quem visurus sum egoipse et non

alius et oculi mei con specturi sunt.



Tedet animam meam vite mee/ dimittã aduersum me eloquium meum. Et in car ne. Lectio.ij. Loquar in amaritudine anime mee: dicam deo. Noli me condemnare. Indica michi: cur me ita iudices: Nũquid bonũ tibi videtur si calumnieris et opprimas me: opus manuũ tuarum: et cõsiliũ impiorum adiuues: Nũquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo et tu vides: Nunquid sicut dies hominis dies tui: et anni tui sicut humana sunt tempora: Ut queras iniquitatem meam: & peccatũ meum scruteris. Et scias quia nichil impiuz fecerim: cum sit nemo qui de manu tua possit eruere.



℟. Qui lazarum resuscita sti a monumento



feti dum. Tu eis do mine dona re qui em et

locum indul genti e.ỽ. Qui vẽtur⁹ es



iudicare viuos et mortu os et secu lum per



ignem. Tu eis. Lec.iij. Manus tue fecerũt me et plasmauerunt me totum in circuitu: et sic repẽte precipitas me. Memento quesǫ ꝙ sicut lutum feceris me: et in puluerem reduces me. Nõne sicut lac mulsisti me: & sicut caseũ me coagulasti? Pelle & carnib⁹ vestisti me: ossib⁹ & neruis cõpegisti me. Vitã et

miaz tribuisti michi: ꝛ vilitatio tua custodiuit spm̃ meũ. ℟.



Domine quando ve ne ris in dica re terram

vbi me abscondam a vultu i re tu e



Quia pec caui nimis in vita me a. ℣.



Commissa mea pauesco et ante te erube sco

dum veneris iudicare noli me condemna-



re. Quia pec.

Quandocũq; corpus adest pre sens/et in anniuersarijs cpor tũ.ac etiã in die animarũ re petatur tertiũ/sextum et nonũ



responsoriũ ab illis clericis qui ℣. responsorij precedentis cantauerunt. In secundo nocturno Antiphona. In loco. Amen. Psalm⁹.

Dominus regit me ꝛ nichil michi deerit: i loco pascue ibi me collocauit. Sup aquã refectiõis eduxit me: aiam meã cõuertit. Deduxit me sup semitas iustitie: ppter nomẽ suũ. Nam ꝛ ii ambulauero in medio vmbre mortis: nõ timebo mala qm̃ tu mecũ es. Virga tua et baculus tu⁹: ipa me consolata sũt. Paraisti i conspectu tuo mẽsã: aduers⁹ eos q tribulãt me. Impinguasti i oleo caput meũ: ꝛ calix me⁹ ie-

vtiãs ꝙ preclar⁹ est. Et misericordia tua subsequetur me: oñibus diebus vite mee. Et vt inhabitem in domo domini: in longitudinẽ dierum. Antiphona.



In loco pascue ibi me collocauit. ãn. Delicta. Amen. ꝑs.

Ad te dñe leuaui animam meam/ deus meus in te cõfido nõ erubescam. Neq; irrideant me inimici mei: etẽi vniuersi qui sustinent te non confundentur. Confundantur omnes iniqua agentes: supuacue. Vias tuas dñe demonstra michi: et semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus saluator meus et te sustinui tota die. Reminiscere miserationũ tuarum domine: et misericordiarum tuarũ que à seculo sunt. Delicta iuuẽtutis mee: et ignorantias meas ne memineris. Secũdũ misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam domine. Dulcis ⁊ rectus dñs: propter hoc legẽ dabit deliquẽtib⁹ i via. Diriget mãsuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Vniuerse vie dñi misericordia et veritas: requirentibus testamentum ei⁹: et testimonia eius. Propter nomen tuum domine propiciaberis peccato meo: multũ est enim. Quis est homo qui timet dominũ: legẽ statuit ei in via quã elegit. Anima eius in bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terram. Firmamentum est domin⁹ timentibus eum: et testamentum ipsius vt manifestetur illis. Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me et miserere mei: qꝛa vnicus et pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam et laborem meum: et dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos quoniã multiplicati sũt: et odio iniquo oderunt me. Custodi animam meam ⁊ erue me: non erubescam quoniam speraui in te. Innocentes et recti adhesserunt michi: quia sustinui te. Libera deus israel: ex omnibus tribulationibus suis. Antiphona.



Delicta iuuentutis mee et ignorantias meas ne memi-



neris domine. ān. Credo videre. Amen. Psalmus.

Dominus illuminatio mea et salus mea: quē timebo. Dominꝰ protector vite mee: a quo trepidabo. Dū appropiant super me nocentes: vt edant carnes meas. Qui tribulāt me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderūt. Si cōsistant aduersum me castra: nō timebit cor meū. Si exurgat aduersum me prelium: in hoc ego sperabo. Unam petij a dño hāc requiram: vt inhabitem in domo dñi oībus diebus vite mee. Vt videā voluptatē dñi: et visitem templum eius. Qm̄ abscōdit me in tabernaculo suo in die malor: protexit me in abscōdito tabernaculi sui. In petra exaltauit me: et nūc exaltauit caput meum super inimicos meos. Circuiui et immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferatiōis: cantabo et psalmū dicam domino. Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me. Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram. Ne auertas faciē tuā a me: ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor meus esto ne derelinquas me: neq; despicias me deꝰ salutaris meus. Qm̄ pater meus et mater mea dereliquerunt me: dñs autē assumpsit me. Legē pone michi dñe in via tua: et dirige me in semita recta ppter inimicos meos. Ne tradideris me in aias tribulātiū me: qm̄ insurrexerunt in me testes iniqui & mentita est iniquitas sibi. Credo videre bona dñi: in terra viuētium. Expecta dominū viriliter age et confortetur cor tuū: et sustine dñm. ān.

℣. In memoria eterna erit iu-

Credo videre bona domini in terra viuentiū.

(sti. ℟. Ab

auditõe mala nõ timebit. Pater noster. Et ne nos. Lcõ. iiij.

QUantas habeo iniqtates et peccata: sceleraq; mea atq; delicta ostende michi. Cur faciem tuam abscondis: et arbitraris me inimicum tuum: Contra foliũ quod vẽto rapitur ostendis potentiam tuam: et stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines: et cõsumere me vis peccatis adolescẽtie mee. Posuisti in neruo pedem meũ: et obseruasti omnes semitas meas: et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum: et quasi vestimentum quod comeditur a tinea. Responsoriũ.

HEu michi domine quia peccaui ni mis in vita mea



qd faciã mi ser v di fu giã nisi ad te deus



me us mise rere me i. Dum vene rit



in nouissimo di e. ℣. Anima mea turbata est

val de sed tu domine suc curre e i. Dum. Lec. v.

HOmo natus de muliere breui viuens tempore replet multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur: & fugit velut vmbra/et nunq̃ in eodem statu permanet. Et dignũ ducis sup huiusce modi aperire oculos tuos: & adducere eum tecum in iudicium: Quis potest facere mũdum de immundo cõceptum semine: Nõne tu qui solus es: Re-

nes dies hominis sunt: numerus mẽsium eius apud te est. Constituisti terminos eius: qui preteriri non poterunt. Recede ergo paululũ ab eo vt quiescat: donec optata veniat: et sicut mercennarij dies eius ℟. Responsorium.



℣. Lectio serta.

Quis michi hoc tribuat vt in iferno ptegas me: & absc̃odas me/ donec ptrãleat furor tu⁹. Et zstituas michi tẽpus in quo recorderis mei? Putas ne mortuus homo rursum viuat? Cunctis diebꝰ quibꝰ nũc milito: expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me: et ego respondebo tibi. Operi manuũ tuarũ porriges dexterã. Tu quidẽ gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. ℟m.





EXpectans expectaui dñm: et intẽdit michi. Et exaudiuit preces meas: et eduxit me de lacu miserie ⁊ de lutoꝛeris. Et statuit supꝛa petrã pedes meos: ⁊ direxit gressus meos. Et immisit in os meũ canticũ nouũ: carmẽ deo nostro. Videbũt multi et timebũt: ⁊ sperabũt in dño. Beatus vir cuiꝰ est nomen dñi spes eiꝰ: ⁊ nõ respexit in vanitates ⁊ insanias falsas. Multa fecisti tu dñe deus meus mirabilia tua: ⁊ cogitatiõibus tuis non est qui similis sit tibi. Annũciaui et locutus sum: multiplicati sũt supꝛ numerũ. Sacrificium et oblationẽ noluisti: aures autem perfecisti michi. Holocaustum et pꝛo peccato non postulasti: tunc dixi ecce venio. In capite libꝛi scriptũ est de me vt facerẽ voluntatem tuam deus meus volui: et legem tuam in medio coꝛdis mei. Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna: ecce labia mea non pꝛohibebo domine tu scisti. Iustitiam tuam non abscõdi in coꝛde meo: veritatem tuam et salutа-

re tuum dixi. Non abscõdi miam tuam et veritatem tuã: a consilio multo. Tu autem dñe ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua ꝫ veritas tua semp susceperũt me. Quoniã circũdederũt me mala quorũ non est numerus: comprehenderunt me iniquitates mee et non potui vt viderem. Multiplicate sunt super capillos capitis mei: et cor meũ dereliquit me. Complaceat tibi domine vt eruas me: domine ad adiuuandũ me respice. Confundantur ꝫ reuereantur simul qui querunt animam meam: vt auferant eam. Conuertantur retrorsum et reuereãtur: qui volunt michi mala. Hereant confestim confusionem suam: qui dicunt michi euge euge. Exultent et letentur super te omnes querẽtes te: ꝫ dicant semper magnificetur dñs qui diligũt salutare tuum. Ego autem mendicus sum et pauper: dominus sollicitus est mei. Adiutor meus et protector meus tu es: deus meus ne tardaueris. Antiphona.

Complaceat tibi domine vt e ripias me ad adiuuan-

dum me respice. ℣n. Sana domine. Amen. ℣s.

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum dñs. Dñs cõseruet eũ et viuificet eũ ꝫ beatũ faciat eũ in terra: ꝫ nõ tradat eũ in aiaz inimicorũ eius. Dñs opẽ ferat illi sup lectũ doloris eius: vniuersum stratũ eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi dñe miserere mei: sana aiaz meã qz peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala michi: quãdo morietꝫ ꝫ peribit nomẽ eius. Et si ingrediebat vt videret vana loquebat: cor eius cõgregauit iniquitatẽ sibi. Egrediebat foras: et loquebat in idipsum. Aduersus me susurrabãt oẽs inimici mei: aduersũ me cogitabãt mala michi. Verbũ iniquũ ꝫstituerũt aduersus me: nũqd q dormit nõ adijciet vt resurgat. Etenim homo pacis

mee in quo sperauit: q̄ edebat panes meos magnificauit super me supplātatōnē. Tu aūt dñe miserere mei et resuscita me: et retribuā eis. In hoc cognouī qm̄ voluisti me: qm̄ nō gaudebit inimicus meus sup me. Me aūt ppter innocētiā suscepisti: z confirmasti me in cōspectu tuo in eternū. Bñdict⁹ dominus deus israel: a seculo et in seculum fiat fiat. ān.



Sana dñe aiaz meā q̄z peccaui tibi. ān. Sitiuit. Amen. ps.

Q Uēadmodū desiderat cervus ad fōtes aquaz: ita desiderat aia mea ad te deū. Sitiuit aia mea ad deū fōtē viuū: qn̄ veniā z apparebo ante faciē dei. Fuerūt michi lachryme mee panes die ac nocte: dū dicit michi quotidie vbi est deus tuus. Hec recordat⁹ fui z effudi in me aiam meā: quoniam trānsibo in locum tabernaculi admirabilis vsq̄ ad domū dei. In voce exultationis et confessionis: sonus epulātis. Quare tristis es anima mea: et quare conturbas me. Spera in deo: qm̄ adhuc confitebor illi salutare vultus mei et deus meus. Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memorabor tui de terra iordanis et hermonij a monte modico. Abyssus abyssum invocat: in voce cataractarū tuarum. Omnia excelsa tua et fluctus tui: super me trānsierunt. In die mandauit dominus misericordiam suam: et nocte canticum eius. Apud me oratio deo vite mee: dicam deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei: et quare contristatus incedo dum affligit me inimicus. Dum cōfringuntur ossa mea: exprobrauerunt michi qui tribulant me inimici mei. Dum dicunt michi per singulos dies: vbi est deus tuus. Quare tristis es anima mea: et quare cōturbas me: Spera in deo: quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei et deus meus.



Sitiuit anima mea ad deum viuum quando veniam



et apparebo ante faciem dñi. ℣. Requiem eternã. dona eis domine. ℟. Et lux perpetua. Lectio septima.

SPiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur: et solum michi superest sepulchrum. Non peccaui: et in amaritudinibus morabatur oculus meus. Libera me domine et pone me iuxta te: et cuiuslibet manus pugnet contra me. Dies mei transierũt: cogitatiões mee dissipate sunt torquẽtes cor meum. Noctem verterunt in diem: et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero infernus domus mea est: et in tenebris strauit lectulum meum. Putredini dixi. Pater meus es: mater mea: et soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc prestolatio mea: et patientia mea tu es domine deus meus. Responsorium.



Pelli mee consumptis carnib⁹ adhesit os meum: ⁊ derelicta sunt tantūmodo labia circa dentes meos. Miserem̄i mei miserem̄i mei saltē vos amici mei: qa man⁹ dñi tetigit me. Quare persequimini me sicut deus: et carnibus meis saturamini? Quis michi tribuat vt scribant sermones mei? Quis michi det vt exarent in libro stilo ferreo: aut plumbi lamina/ vel celte sculpantur in silice? Scio enim q⁹ redemptor meus viuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum: et rursum circūdabor pelle mea: et in carne mea videbo deum saluatorem meum. Quē visurus sum egoipe et oculi mei conspecturi sunt: et non alius. Repolita est hec spes mea in sinu meo.

Responsorium.



Lectio.ix.

Quare de vulua eduxisti me? Qui vtinam cōsumpt⁹ essem: ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem de vtero trāslatus ad tumulū. Nunquid nō paucitas dierū meor⁹ finietur bzeui? Dimitte ergo me domine vt plāgam

paululũ dolorem meũ: antę vadam et non reuertar ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine. Terram miserie ę tenebrarum: vbi vmbra mortis et nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitans. Responsorium.



Et dicitur hoc ad dñi bene.





℣Deinde repetatur ℟. **Libera me domine.** quod per totū annū obseruetur quandocūq; corpus adest presens: et in anniuersarijs et trigintalibus epiſcopoꝝ et quattuoꝝ personarum principaliū scilicet decani cātoris cancellarij et thesaurarij: et in die animarū tātū. ℣In omnibus vero alijs vigilijs mortuoꝝ in quibꝰ dicitur predictum respōsoriū: tūc finito vltimo versu non dicatur **Dum veneris.** sed statim reincipiatur ℟. **Libera me domine de morte.** Et repetatur vsq; in finem. ℣Quādocūq; corpus adest presens et in omnibus anniuersarijs et triguntalibus: et quando vltimo fit seruitium mortuorū ante paſcha: ac etiam in die animarū: semper erit predictum responsorium. **Libera me domie de morte eterna.** ℟. vltimū et semper dicitur cum tribus versibus supradictis: nisi in die animarum tantum: tunc enim dicetur cum his versibus. **Dies illa dies ire calamitatis et miserie. Quando celi mouendi sunt et terra.** vt supra. versus.



℣. **Creatoꝝ omnium rerum deus qui me de limo ter re**



as

℣. Deide repetat. ℟. vt. ℣. dictū est. In oi vo iij. ℣. vj. lec. y annū q̄ncūq; fuerit vigil. mortuor cum. ix. ps. et iij. lec. cū: tunc fit hoc tertium. ℟. Libera me dñe de viis inferni. Qui portas ereas confregisti et vilitasti infernū et dedisti eis lu-mē vt viderēt te q̄erāt i penis tenebrar. ℣. Clamātes et dicē tes aduēisti redēptor nr. Qui. Nō repetat hoc. ℟. deinde dicat sacer dos ecclesiastic officij ad laud. loco nec habitu mutato hunc ℣.



Requiescāt in pace. Amē.

Iste ℣. p̄dict' dicat sup ad laud. sup adiecto mō nihil a die aiar bus ad quartā feriā ad pascha Mātūc nō sequūt laudes continue post Dirige. sicut infra patebit.



Exultabunt. Amen. ℣. In laudibus ant'. ℟. Audi me deus: fed magnā misam tuā. Et secū-dum multitudinē miserationū tuarum: dele iniqui-

tatem meā. Amplius lava me ab iniquitate mea: ⁊ a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meā ego cognosco: et peccatū meum contra me est semp. Tibi soli peccaui et malum coram te feci: ut iustificeris in sermōib⁹ tuis et vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enī veritatem dilexisti: incerta ⁊ occulta sapientie tue manifestasti mihi. Asperges me domine ysopo et mundabor lauabis me: et super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudiū et letitiā: ⁊ exultabunt ossa hūiliata. Auerte faciē tuā a peccatis meis: ⁊ oēs iniquitates meas dele. Cor mundū crea in me de⁹: ⁊ spīm rectū inoua in visceribus meis. Ne proijcias me a facie tua: ⁊ spīm sctm tuū ne auferas a me. Redde mihi letitiā salutaris tui: ⁊ spū principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impij ad te cōuertētur. Liberā me de sanguinib⁹ de⁹ de⁹ salutis mee: et exultabit lingua mea iustitiā tuā. Dñe labia mea apies: et os meū annūciabit laudē tuā. Quia si voluisses sacrificiū dedissē: vtiq; holocaustis nō delectaberis. Sacrificiū deo spūs tribulatus: cor contritū ⁊ humiliatū de⁹ nō despicies. Benigne fac dñe in bona voluntate tua syon: vt edificentur muri hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitie oblationes et holocausta: tunc imponent super altare tuū vitulos. Antiphona.



Exultabūt dño ossa hūiliata. ℣. Erandi dñe. Amen. ℟.

